

Epistolę
C. M. T. C. Terentię Tullioę et ciui-
bus. S. D.

Epistola.

Æ litteris multozū z sermone omnium perfertur ad me in-
credibilem tuam virtutem z fortitudinem esse teq; nec anis-
mi: nec corporis laborib; defatigari. Ne miserū. te ista vir-
tute. fide. probitate. humanitate. in tātas erumnas propter me incidisse
Tulliolamq; nostrā. ex quo patre tantas voluptates capiebat. ex eo tan-
tos percipere luctus. nam quid ego de Cicerone dicam. qui cum primū
sapere coepit acerbissimos dolores. miseratq; percepit. Que si ita vt tu
scribis fato facta putarē. ferrem paulo facilius. sed omnia sunt mea cul-
pa cōmissa. qui ab his me amari putabam qui inuidebant. eos non seque-
bar qui petebant. quod si nostris cōsilijs vli essem? neq; apud nos tan-
tum valuisset sermo. aut stultozum amicozum. aut improbozum beatissi-
mi viuerem? Nunc quādo sperare nos amici iubent. dabo operam. ne
mea valitudo tuo labori desit. Res quanta sit intelligo. quātoq; fuerit fa-
cilius manere domi q̄ redire. sed tamē si omnes tribunos ple habemus.
si Lentulum tam studiosum q̄ videtur. si vero etiam Pompeium et ce-
sarem non est desperādum de familia quomodo placuisse amicis scribis
faciemus. De loco nūc quidem abiit pestilentia. sed quādiu fuit me non
attigit. Plancus homo officiosissim; me cupit esse secum. z adhuc reti-
net. Ego volebam loco magis deserto esse in Epiro. neq; Dispo veniret
nec milites. sed adhuc Plancus me retinet. sperat posse fieri vt mecum
in italiā decedat. Quem ego diem si videro. et si in vestrū cōplexum
venero. ac si et vos z me ipsum recuperaro satis mihi magnum fructum
videbor percepisse. z vestre pietatis z mee Pisonis humanitas. virtus.
amor in omnes nos tātus est vt nihil supra possit. Utinam ea res ei vo-
luptati sit glorie q̄dē video fore. De. Qu. fratre nihil ego te accusavi. sz
vos quum presertim tam paucis sitis volui esse q̄ conuictissimos Qui-
bus me voluisti agere gratias egi. et me a te certiozem factum esse scripsi
quod ad me mea Terētia. scribis te vicium vendituram. Quid obsecro
te me miserum? Quid futurum est? Et si nos premet eadem fortuna q̄d
puero misero fiet? Non queo reliqua scribere: tanta vis lachrymarum
est. neq; te in eundem fletum adducam. Tantum scribo si erūt in officio
amici. pecunia non decrit si non erunt. tu efficere tua pecunia non potes-
ris. Per fortunas miseras nostra vite ne puerum perditum perdamus
Cui si aliquid erit. ne egeat mediocri virtute opus est. z mediocri fortus

Tullij.

na vt cetera cōsequatur. fac valeas. et a me tabellarios mittas. vt sciam quid agat et vos quid agatis. Mibi omnino iam breuis expectatio est. Tullio et Ciceroni salutē dic. Datū ad sext. calē. decembris Durachij Durachium veni quod et libera ciuitatis est et in me officiosa et proximā Italię. Sed si offendet me loci celebritas. alio me conferam. ad te scribam.

M. C. Terentię. S. D.

Oli putare me ad quenq̄ longiores epistolas scribere nisi si quis ad me plura scripsit cui puto rescribere oportere. Nec enī habeo quod scribam. nec hoc tempore quicq̄ difficili⁹ facio. Ad te vero et ad nostram Tulliolam non queo sine plurimis lachrymis scribere. Vos enī video esse miserimas. quas ego beatissimas semp esse volui. idq̄ prestare debui et nisi tam timidi fuisset⁹ prestatissime. Pisonē nostrum merito eius amo plurimum. Eum vt potui per litteras cohortat⁹ sum. gratiasq̄ egi vt debui. In nouis tribunis ple. intelligo spē te habere. id erit firmum si Pompei volūtas erit. sed Crassum tamē metuo. A te quidē omnia fieri fortissime et amatissime video nec miroz sz mereo casum eius modi vt tantis tuis miserijs meę miserię subleuetur. Nam ad me. P. Valerius homo officiosissim⁹ scripsit id. quod maximo cum fletu legi. quemadmodum a Uesta ad tabulam valeriam ducta esses. Nam meę lux. meum desiderium. vnde omnes opem petere solebat. te nūc mea Terentia sic vexari. sic iacere in lachrymis et sordibus. idq̄ fieri mea culpa qui ceteros seruaui vt nos periremus. Quod de domo scribis. id est de area. ego vero tum deniq̄ mihi videoz restitutus. si illa erit nobis restituta. Verum hec non sunt in nostra manu. Illud doleo que impensa facienda est in eius parte miseram et despoliatam venire. Quod si conficitur negocium. omnia cōsequemur. Sed eadem fortuna nos premet etiam ne reliquias tuas miseris proijcies. obsecro te vita mea. Quod ad sumptum attinet. et sine alios qui possunt si modo volunt sustinere et valitudinem istam infirmā. si me amas noli vexare. Nam mihi ante oculos dies noctesq̄ versaris. Omnes labores te excipere video. timeo vt sustineas. Sed video in te esse omnia. Quare vt id quod speras. et quod agis consequamur. serui valitudini. Et ad quos scribam nescio. nisi ad eos qui ad me scribunt. aut ad eos de quibus ad me vos aliquid scribitis. Longius quoniam vobis ita placet. nō discedam. Sed velim quā sepiissime litteras mittatis. presertim si quid est firmitus quod speremus. Valete mea desideria. valete. Datum ad tercias nonas Octobris Thessalonicę.

Epistole

M. C. Terentie Tul. et ci. S. D.

Ccepi ab Aristocriso tris epistolas. quas ego lachrymis ppe tele
ui. Conficioz em moerore mea Terentia. nec me meq miserig ma
gis ex cruciat quam tue vestre qz. Ego autem hoc miserior sum quam tu
que es miserrima quod ipsa calamitas comunis e vtriusqz nostrum. sz
culpa mea ppria est. Neum fuit officium. vel legatioe vitare periculū.
vel diligētia z copijs resistere vel cadere fortiter. Hoc miserius. turpi.
indignius nobis nihil fuit. quare cum dolore cōficioz. tum etiam pudor
re. Pudet em me vxori meq optime. suauissimis liberis stutem z diligē
tiam nō prestuisse. Nam mihi ante oculos dies noctesqz versat squalor
vester z moeror. z infirmitas valitudis tue. spes autem salutis partenu
is ostēdit. Inimici sunt multi inuidi pene omnes. Eūcere nos magnū
fuit. excludere facile est. sed tamen q̄diu vos eritis in spe nō deficiam : ne
omnia mea culpa cecidisse videantur. vt tuto sum quod laboras id mihi
nūc facillimum est. quem etiam inimici volūt viuere in tantis miserijs.
Ego tamē faciam que p̄cipis. Amicis quib⁹ voluisti. egi grās. et eas
lrās Desippo dedi. meqz de eoz officio scripsi a te certiozem esse factum.
Pilonem nostrum mirifico esse studio in nos z officio. z ego perspicio.
et omnes p̄dicāt. Dū farint. vt tali genero mihi p̄nti tecum simul z cum
liberis nostris frui liceat. Nūc spes reliqua est in nouis tribunis ple. et
in p̄mis quidem dieb⁹. Nam si inueterarit actum est. Ea re ad te statim
Aristocrisum misi. vt ad me cōtinuo inītia rerum z rōnem tot⁹ nego
cij posses scribere. Et si Desippo quoqz ita imperaui statim vt recurrēt.
et ad frēm misi vt crebro tabellarios mitteret. nam ego eo noie sum dura
chū hoc tempore. vt qz celerrime quid agat audiam z sum tuto. Ciuitas
em hęc semper a me defensa est. quū inimici nostri venire dicent. tum in
Epirum ibo. Quod scribis si velim te ad me venturū. Ego vero quum
sciā magnam p̄tem ist⁹ oneris abs te sustineri istic z esse volo. Si per
ficitis qd agitis. me ad vos venire oportet. sin autē: sed mihi est op⁹ reli
qua scribere. Ex p̄mis aut summū secūdis lrās tuis cōstituere poterim⁹
quid nobis faciēdum sit. Tu modo ad me velim omnia diligētissime p̄
scribas z si magis iam rem qz lrās debeo expectare. Cura vt valeas. et ita
tibi persuadeas mihi te carius nihil eē. neqz nunqz fuisse. Vale mea Te
rentia quam ego videre videoz. itaqz debilitoz lachrymis p̄die calca. te
cembis. Vale.

M. C. Terentie. S. D.

So min⁹ sepe ad vos do lrās qz possum. p̄ptēa quod cum oīa mis
hi tempora sunt misera. tum vero quum aut scribo ad vos. aut vestras le

Tullij

go conficior lachrymis sic ut ferre non possim. Quod utinam minus vite cupidus fuissim certe nihil aut non multum in vita mali vidissem? Quod si nos ad aliquam alicuius commodi aliquando recuperandi spem fortuna reseruauit. minus est erratum a nobis. si hec mala fixa sunt. Ego vero te quam primum mea vita cupio videre. et in tuo complexu emori. quando neque diu quos tu castissime coluisti. neque homines: quos ego seruauim semper nobis gratiam rettulerunt. Nos Brundisij apud M. Ennium flaccum dies. cui suum virum optimum. qui periculum fortunae et capitis sui pro mea salute neglexit. Neque legis improbissimae poena deductus est. quo minus hospitij et amicitiae ius. officiumque praestaret. Huic utinam aliquando gratiam referre possim? Habebimus quidem semper Brundisio profecti sumus ad quintum calen. maii per Macedoniam et circum petebamus. De me perditum de me afflictum. quid nunc rogem te ut venias. mulierem egram et coequet animo confortam. Non rogem. Sine te igitur sum opinor. Sic agam. si est spes nostri reditus. eam confirmes et rem adiues. sicut ut ego me tuo tractatum est. quoquo modo potes ad me fac venias. Unum hoc scito si te habeo non mihi videtur plane perissem. sed quod de Tulliola mea fiet: iam id vos videtur. mihi non est consilium. Sed certe quoquo modo res se habebit. illi de Matrimonio et fame sciendum est. Quid Cicero me? quid ageris. Te vero sic in sinu semper et complexu meo. Non queo iam plura scribere. Impedit mærorum. Tu quod ederis nescio. utrum aliquid teneas. an quod metuo plane sis spoliata. Pisonem ut scribis spero fore semper nostrum. De familia liberata nihil est quod te moueat. Primum tuis ita permisum est te facturam esse. ut quisque esset meritis. Est autem in officio ad huc Diphæus. Præterea magnopere nemo ceterorum seruorum. Ea causa est: ut si res a nobis abesset liberti nostri essent. si obtinere potuissent. Si ad nos pertinere seruirent. propter quod oppido pauci. sed hec minora sunt. Tu quod me hortaris ut animo sum magno. et spem habeam recuperandae salutis id velim sit eiusmodi. ut recte sperare possim? Nunc miser quando tuas litteras accipiam. quos ad me perferet. quas ego expectassem Brundisij. si esset licitum per nautas qui tempestate premittere noluerunt. Quod reliquum est sustulit te mea Terentia. ut potes. honestissime vixim? florim? Non vixim nostrum. sed virtus nostra nos afflixit. Peccatum est. nullum nisi quod vnam animam cum ornamentis amisim? sed si hoc fuit liberis nostris gratius nos viuere. cetera quam quae serua sunt serua atque ego qui te confirmo ipse me non possim. Clodium Philatez quod validudie impediabat oculorum remi hominem fidelem. Salustius officio vincet omnes spes. Cennius est perbeniuolus nobis quem semper spero tui fore obseruatum. Sicca dixerat

Epistole

se mecum fore. sed Brundisio discessit. Cura quod potes ut valeas. et sic existimes vehementius me tua miseria quam mea commoueri. Mea Terentia si dissimulatque optima uxor et mea carissima filiola et spes reliqua nostra Cicero ualere Prudie cal. maias de Brundu.

M. C. Terentia. sup. S. D.

Triet Tullia lux nostra ualeatis. ego et suauissimum Cicero ualem. Prudie idus octobris Athenas uenimus quum sane aduersis uentis uisus essem. tardeque et incommodum nauigassem. De nauis euntibus nobis Achaistus cum litteris preesto fuit. uno et uigesimo die sane et strenue. Accepi tuas litteras. quibus intellexi te uereri. ne superiores mihi reddite non essent. Omnes sunt reddite diligentissimeque a te perscripta sunt omnia. Idque mihi gratissimum fuit. Neque sum admiratus hanc epistolam quam Achaistus attulit breuiter fuisse. Jam enim me ipsum expectas siue nos ipsos. qui quidem ad uos quamprimum uenire cupiamus. Et si in qua re tempore uenimus intelligo. cognoui enim ex multorum amicorum litteris. quas attulit Achaistus ad arma rem spectare. ut mihi quam uenero dissimulare non liceat quod sentiam. Sed quando subeunda fortuna est. eo citius dabimus operam ut ueniamus quo facilius de tota re deliberemus. Tu uelut quod cum comodo ualitudinis tue fiat. quamprimum poteris obuiam nobis pereres. De hereditate Prætiana. que quidem mihi magno dolori est. ualde enim illum amari hoc uelim cures. Si auctio ante meum aduentum fiet. ut Propertius. aut si minus poterit. Camillus nostrum negocium curet. Nos quam salui uenerimus reliqua per nos agemus. Sin tu iam roma perfecta eris. tamen curabis ut hinc ita fiat. si dii nos adiunbunt circiter idus nonas in Italia speramus fore. Uos mea suauissima et optatissima Terentia et Tulliola. si nos amatis curate ut ualeatis. Athenis ad. xv. cal. no. Vale.

M. T. C. Terentia. S. D.

Et sepe est cui litteras demus. nec rem habemus ullam quam scribere uelimus. Ex tuis litteris quas proxime accepi. cognoui preedium nullum uenire potuisse. Quare uideatis uelim quomodo satisfiat ei. cui scitis me satisfacere uelle. Quod nostra scribi quando ad illum scripseram necesse non fuit. De ea re et de ceteris rebus quamprimum uelut nobis litteras mittas. Ualitudinem tuam gratias agit. id ego non miror te mereri. ut ea tibi merito tuo gratias agere possit. Pollucem si adhuc non est profectus quamprimum faceret gratias. Cura ut ualeas. Idibus quinti.

M. C. Terentia. S. D.

Mnes molestias et sollicitudines quibus et te miserrimam habui. id quod mihi molestissimum est. Tulliolamque que nobis nostra uita dul-

Tullij.

cior est deponi et eici. Quid cause autem fuerit, postredie intellexi quod a vobis discessi. ΧΟΡΑΤΟΝ ΛΑΝΑ noctu eici statim. Ita sum leuatus, ut deo mihi aliquid medicinam fecisse videatur. Cui quidem tu deo quemadmodum soles pie et caste satisfacias, idem apollini et Aesculapio. Nauem spero, nos valde bonam habere, in ea simul ac censendi hec scripsi. Deinde comscribam ad vestros familiares, multas epistulas, quibus te et Tulliolam diligenter commendabo. Cohortarer vos quod animo fortiores essetis nisi vos fortiores cognosceretis quam quosque viros. Et tamen eiusmodi spero negocia esse, ut et vos istuc commodissime sperem esse, et me aliquando cum similibus vestri reipublice defensorum. Ut primum valitudinem tuam velim cures, deinde tibi si videbitur villis his utere quam longissime aberunt a militibus. Eundo arpinati bene poteris uti cum familia urbana, si annonae carior fuerit. Cicero bellissimus tibi salutem plurimam dicat etiam atque etiam. Vale. Datum, iij idus Junij.

M. C. Terentij. S. D.

I vales bene est, ego quod valeo. Valitudinem tuam cures velim diligentissime. Nam mihi et scriptum et nunciatum est, te in febrim subito incidisse. Quod celeriter me fecisti de Cesaris litteris certior, fecisti mihi gratum. Item posthac siquid oportet erit, siquid acciderit noui facies ut sciam. Cura ut valeas. Vale Datum, iij. nonas iunias.

M. C. Terentij. S. D.

De ceteris miseriis accessit dolor ex Dolobelle valitudine, et Tullij. omnino de omnibus rebus, nec quod consilium capiam, nec quod faciam scio. Tu velim tuam et Tullij valitudinem cures. Vale.

M. C. Terentij. S. D.

Quid fieri placet scripsi ad Pöponium serius quam oportuit. Cum eo si locuta eris intelliges quod fieri velim. Aprius scribi quam ad illum scripseram necesse non fuit. De ea re et de ceteris rebus quam primum vel nobis litteras mittas. Valitudinem tuam cura diligenter. Vale. vij. idus quinti.

M. T. C. Terentij. S. D.

I vales bene est, ego quod valeo. Tullia nostra venit ad me pridie idus in me, cuius summa stultitia, et singulari humanitate grauiore etiam sum dolore affecerunt, nostra factum esse negligentiam, ut longe alia in fortuna esset atque eius pietas ac dignitas postulabat, nobis erat in animo Ciceronem ad cesarem mittere, et cum eo. Cuius Salu, si profectus erit faciam te certior. Valitudinem tuam diligenter cura. Vale xij. cal. quin.

M. T. C. Terentij. S. D.

Uod nos in Italiam saluos venisse gautes, perpetuo gaudeas velis: sed perturbati dolore ac, magnisque iniurijs, metuo ne id consilium coepimus

Epistole

quod nō facile explicare possum⁹. Quare quātum potes adiuna. Quid autem possis mihi in metem nō venit. In viam qđ te des hoc tēpore nihil est. 7 lōgum est iter 7 nō tutum. Et nō video quid prodesse possis si venis. Vale Datū pridie. no. Brundusij.

M. T. C. Terentij. S. D.

Uod scripsi ad te proximis litteris de nūcio remittēdo. quę sit istius vis hoc tpe. 7 quę cōcitatio multitudinis ignoro. si metuēdus irat⁹ est: quies tamē ab illo nascet fortasse. Totum iudicabis quale sit. Et qđ in miserimis reb⁹ minime miser putabis id facies. Vale. vij. idus quin.

M. T. C. Terentij Lulliole et Li. S. D.

I vos valetis: nos valēm⁹. Vestrū iam cōsiliū est nō solū meum qđ sit nobis faciēdum. si ille Romam modestē ventur⁹. recte in presentia domi esse potestis. Sin homo amās diripiēdam urbem daturus est vereor vt Dolobella ipse satis nobis p̄esse possit. Etia illud me tuo. ne iam intercludamini. vt quum velitis exire nō liceat. Reliquū est qđ ipse optime cōsiderabitis vestri similes foemine sunt ne Romę. Si em sunt videndū est vt honestę vos esse possitis. Quāto quidem nūc res se h̄z modo vt hęc vobis loca tenere liceat. bellissime vel mecū vel in nr̄is p̄edijs esse poteritis. Etiam illud verēdum est. ne breui tpe fames in urbe sit. His de reb⁹ velim cum Pōponio. cū Camillo. cum qđ vobis v̄ debet cōsideretis. Ad summā animo forti sitis Labienus rem meliorem fecit. Adiuuat etiā Piso qđ ab urbe discedit. 7 sceleris cōdemnat gener suū. Vos meę carissime anime q̄spissime ad me scribite. 7 vos qđ agatis. 7 quid istic agat. Quintus pater 7 fili⁹ et Ruffus vobis salutem dicunt. viij. cal. quin. Menturnis.

M. T. C. Terentij. S. D.

I vales bene est. ego quidem valeo. Constitueram⁹ vt ad te scripseram. obuiā Ciceronem Celsari mittere. sz mutauim⁹ consiliū: quia de illius aduētū nihil audiebam⁹. De ceteris rebus 7 si nihil erat noui. tamē quid velim⁹. 7 quid hoc tpe putem⁹ opus esse. ex Sicca poteri s cognoscere Lulliam adhuc mecum teneo. Talitudinem tuam cura diligēter Vale. xij. calen. quin.

M. T. C. Terentij. S. D.

I si eiusmodi tēpora nostra sunt. vt nihil habeam qđ aut a te litterarū expectem. aut ipse ad te scribā. Tamē nescio quomodo 7 ipse vestras lr̄as expecto. 7 scribo ad vos quum habeo q̄ ferat volumina. Debuit in te officiosior esse quā fuit. 7 id ipsum qđ fecit potuit diligētius facē 7 cautius. quam q̄ alia sunt quę magis curem⁹. magisq̄ doleam⁹. Que me ira

13

Tullij.

conficiunt vti ei voluerunt. qui me de mea sententia detrulerunt. Cura
vt valeas.

C. M. C. Terentij. S. D.

I quid haberem qd ad te scriberem. facerem id et pluribus verbis et
sepius. Nuncque sunt negocia vides. Ego autem quomodo sum af-
flictus. ex Leptra et Trebatio poteris cognoscere. Tu fac vt tua et Tul-
lij valitudinem cures.

C. M. L. C. Terentij et Tulliole. S. D.

Considerandum vobis etiam atque etiam anime mee diligenter puto
quid faciatis Romae nesitis: an mecum in aliquo tuto loco. Id non solum
meum consilium est. sed etiam vestrum. Mihi veniunt in mentem haec. Romae
vos esse tuto posse per Dolobellam. eamque rem posse nobis adiumento
esse. si qua vis. aut si quae rapinae fieri coeperint. sed rursus illud me mo-
uet. quod video omnes bonos abesse Roma. et eos mulieres suas secum habere.
Haec autem regio in qua ego sum nostrorum est tam oppidorum. tum etiam praed-
itorum. vt etiam multum esse mecum. et quum abieritis comode et in nos-
tris esse possitis. Mihi non plane satis constat adhuc vtrum sit melius.
Vos videte quod aliquid faciat isto loco foeminae. et ne cum velitis exire non li-
ceat. Id velim diligenter etiam atque etiam vobiscum et cum amicis consi-
deretis. Domus vt propugnacula et praedium habeat Philithino diceris.
et velim tabellarios instituat certos vt quotidie aliquas a vobis lit-
teras accipiam. Maxime autem date operam vt valeatis. si vos vultis
valere. viij. calen. formis.

C. M. L. C. Terentij. S. D.

Ut maximis meis doloribus excruciat me valitudo Tullij nunc de
qua nihil est quod ad te plura scribam. Tibi enim equae magne cure esse cer-
te scio quod magis propius vultis accedere video ita esse faciendum. et iam an-
tecessam. sed me multa impediuerunt. quae ne nunc quidem expedita sunt. sed
a Pomponio expecto litteras. quas ad me quam primum perferendas cures ve-
lim. Da operam vt valeas.

C. M. L. C. Terentij. S. D.

Utusculanum nos veteros putamus aut nonis. aut postridie. Ibi
fac sunt omnia parata. Plures enim fortasse nobiscum erunt et vt arbitror diu-
tius ibi comorabimur. Labrum si in balneo non est. fac vt sit. Item cetera
quae sunt ad victum et valitudinem necessaria. Vale. iij. calen. octo-
bas. De Uenulio.

C. M. L. C. Terentij. S. D.

I vales bene est. ego quidem valeo. da operam vt conualescas quod
opus erit vt res tempusque postulat. putes atque administres. et ad me
de omnibus rebus quam sepius litteras mittas. Vale.

Epistole

M. T. C. Terentii. S. D.

Vales bene est. ego quidem valeo. Nos quotidiē tabellarios vestros expectam⁹. qui si venerint. fortasse erim⁹ certiores quid nobis faciendum sit. faciemusq; te statim certiozem. Ualitudinem tuam cura diligenter. Vale.

M. T. C. Terentii. S. D.

Vales bene ē. ego quidem valeo. Reddite mihi tādem sunt a Cesare lre satis liberales. et ipse opinione celerius ventur⁹ esse dicit. Cui vtrū obuiam pcedā. an hic cum expectem. quū constituero faciā te certiozem Tabellarios mihi velim q̄primū remittas. Ualitudinē tuam cura diligenter. Vale. Datū pridie cal. sex.

M. C. Terentii. S. D.

Vales bene est. ego quidem valeo. Nos neq; Cesaris aduētū. neq; de litteris quas Filotimus habere dicit quicq; adhuc certi habem⁹. siquid erit certi faciā te statim certiozem. Ualitudinē tuam fac vt cures. Vale. iij. idus sextilis.

M. T. C. S. D. consulibus Præto. tri. ple. senatui.

Si nō dubie mihi nunciabit Parthos trāsisse Euphratē cū omnib⁹ fere suis copijs. tū quod arbitrabar a. M. Bibulo procōsule certiora de his reb⁹ ad vos scribi posse. statim etiam mihi nō necesse esse publice scribere ea. que de alteri⁹ pronuncia nūciarētur. Postea vero quam certissimis auctorib⁹ legatis. nūcijs. litteris sum certior fact⁹. vel quod tāta res erat. vel quod nondum audieramus Bibulum in Syria venisse. vel quia administratio hui⁹ belli mihi cum Bibulo pene est communis. que ad me delata essent. scribēda ad vos putavi. Regis Antiochi Cōmageeni legati primi mihi nunciarūt Parthorum magnas copias Euphratē transire cœpisse. Quo nuncio allato. quū essent nōnulli. qui ei regi minorem fidem habēdam putarēt statim expectandum esse. siquid certius afferretur. xij. cal. octobris. quū exercitum in Ciliciam ducerem in sinib⁹ Lycaonię e Cappadocia mihi litterę reddite sunt a Tarchondimoto. qui fidelissim⁹ loca⁹ trās tantorum amicis. et musq; populi romani existimatur. Parcodē Orodis regis Parthorū filum cum pergamo equitatu parthico trāsisse Euphratem. et castra posuisse Lybe magnūq; tumultū esse in puincia Syria exaratum. Eodem die a Jamblico Philarcum arabum quem homines opinantur bene sentire. amicūq; esse reipū. nostre. litterę de iisdem reb⁹ nū

149
Tullij.

hi reddite sunt. His rebus allatis. et si intelligebam socios infirme animatos esse. et nouarum rerum expectatiōe suspēfos. sperabam tamē eos ad quos iam accesseram quicquid nostram cōsuetudinem integritateque per spererāt amiciores populo romano esse factos. Ciliciam autem firmiorem fore. si equitatus nostri particeps facta esset. et ob eam causam. et ut opprimeretur qui ex Cilicū gente in armis essent. et ut hostis is qui esset in Syria sciret exercitum populi romani nō modo non cedere his nunciis allatis. sed etiam propius accedere exercitum ad taurum institui ducere. Sed si quid apud vos auctoritas mea ponderis habet. in his presertim rebus quas vos audistis. ego pene cerno magnopere vos. et hortor et moneo. ut his prouincijs seruis vos quidem quod decuit. sed aliquando tamen cōsulatis. Vos quemadmodū instructos. et quibus presidijs munitos ad tanti belli opinionem miseritis. nō estis ignari. Quod ego negocium non stulticia obsecatus. sed verecūdia deterritus non recusauit. Neque enim unquam vllum periculum tantum putauit quod subterfugere mallet. quam vestre auctoritati obtemperare. Hoc autem tempore res sese sic habet. ut nisi exercitum tantum quantum ad maximum bellum mittere soletis. mature in has prouincias miseritis summū periculum sit ne amittēde sint omnes hę prouincię quibus vectigalia populi romani cōtinētur. Quā ob rem ut in hoc prouinciali delectu spem habeatis aliquā causa nulla ē. neque multi sunt. et diffugiūt qui sunt. metu oblato. Et quod genus hoc militum sit iudicauit vir fortissimus. M. Bibulus in Asia quicum vos ei promisissetis delectum habere noluerit. Nam sociorum auxilia propter acerbitatem atque iniurias imperij nostri. aut ita imbecilla sunt. ut nō multum nos iniurare possint. aut ita alienata a nobis. ut neque expectandum ab his. neque cōmittendum his quicquid esse videatur. Regis Daciari et voluntatem et copias quātecūque sunt nostras esse duco. Capadocia est inanis. Reliqui reges tyrānicque neque opibus satis firmi. nec voluntate sunt. Mihi in hac paucitate militū certe animus nō deerit. spero ne cōsilium quidem. Quid casus sit incertū est. Utinā saluti nostrę cōsulare possimus. dignitati certe cōsulemus. Valete.

M. C. Terentij. S. D.

Vos valetis bene est. ego quidem valeo. Quū pridie calē. fertilibus in prouincia venissem. neque maturius propter itinerū et nauigationū difficultatē venire potuissem maximo cōuenire officio meo. rei que prouincie cōducere putauit. parare ea que ad exercitū. queque ad rem militarem pertinerent. Que quum essent a me cura magis et diligentia quam facultate et copia cōstituta. nunciisque littere de bello a parthis in prouinciam Syriam

c y

Epistole

Alato quotidie fere afferetur. iter mihi faciendum p̄ Lycaoniam et p̄ Hi
sauros. et Capadocia arbitrat⁹ sum. Erat enim magna suspicio parthos si
ex Syria egredi atq; irrumpe in eam puincia conarent. iter eos p̄ Ca
padociam. qd̄ ea maxime pateret esse facturos. Itaq; cum exercitu p̄ Ca
padocia partem eam q̄ cum Cilicia continēs est iter feci Castraq; ad Cy
bistra. qd̄ oppidum est ad motem taurum locum. vt Artuades rex ar
menius quocūq; animo esset. sciret nō p̄cul a suis finib⁹ exercitum popu
lo romano esse. et Deiotariū fidelissimum regem atq; amicissimū reipub.
nostre maxime cōiunctum haberem. cui⁹ et cōsilio et opib⁹ adiuuari pos
set resp. Quo quum in loco castra haberem. equitatumq; in Cilicia mi
sissen. vt et me⁹ aduētus his ciuitatib⁹. que in ea pte essent nunciat⁹ fir
miores aīos hoīm facēt. et ego mature quid ageretur in Syria scire pos
sem. temp⁹ eius iam tridui qd̄ in his castris morabar in magno officio
et necario mihi ponendum putam. Quum enim vestra auctoritas interces
sisset. vt ego regem Ariobarzanē. Deuseben et Philozhomeum tuerer
eiusq; regis. salutem. incolumitatē regūq; defenderem. regi. regnoq; pre
sidio essem. adiūxissetq; is salutem ei⁹ regis po. senatūq; ro. magne cure
esse. qd̄ nullo vnq; de rege decretum eēt. A nostro ordine existimaui me
iudicium vīm an regē deferre debere eiq; presidium meum. et fidem et dili
gētiam polliceri. vt quādo salus ipsi⁹ incolumitas regni mihi cōmenda
ta esset a vobis dicēt siquid vellet. Que quū essem in cōsilio meo cum re
ge locut⁹ initio ille orōnis sue vobis maximas vt debuit. Deinde etiam
mihi grās egit. qd̄ ei permagnū et perhonorificū videat. **S. P. Qu. R**
tate cure esse salutem suam. meq; tātā diligētiam adhibere. vt et mea fi
des et cōmendatiōis vestre auctoritas perspici posset. Atq; ille p̄mo qd̄
mihi maxime leticie fuit ita mecum locut⁹ est vt nullas insidias vite sue
neq; regno dicēt se aut intelligē fieri. aut etiam suspicari gratulat⁹ eem.
idq; me gaudere dixissem. cohortat⁹ vt recordaret casum illum interitus
paterni et vigilāter se tueret. atq; admonitu senat⁹ p̄sulēt saluti sue. tum
a me discessit in oppidum Cybistra. Postero autem die cum Ariarate
suo. et cum paternis amicis maiorib⁹ natu ad me in castra venit. p̄turba
tusq; et flens. quū idem et frater facēt. et amice meam fidem et vestram com
mēdationem implorare cōepit. Quū admirarer qd̄ accidiss; noui. dixit
ad se iudicia manifestarum insidiarū esse delata. que essent ante aduētum
meum occultata. qd̄ ij qui ea pateface possent. p̄pter metum reticuisset
Eo autem tpe spe mei presidij cōplures ea que sciret audacter ad se detu
lisse. in his amātissimum sui summa pietate p̄ditū frēm dicere. ea que
me is quoq; audiete dicebat. se sollicitatum esse vt regnare vellet. **IOVI**

Tullij.

uo fratre suo accidere non potuisse. sed tamen ante tempus illud eam rem nunquam in medium propter periculi metum protulisse. Que quum esset locutus monui regem. ut omnem diligentiam ad se persuadum adhiberet amicosque in patris eius atque iudicio probatos hortatus sum. regis sui vitam docti casu acerbissimo patris eius omni cura custodiaque defenderet. Quum rex a me equitatum cohortesque de exercitu meo postulareret. et si intelligebam vestro senatus consilio non modo posse me id facere. sed etiam debere. tamen unquam respu. postulareret. propter quotidianos ex Syria nuncios. ut quosprimum exercitum ad Cilicie fines adducerem. quum que res mihi patefactis iam insidijs non egere exercitu romani populi sed posse se suis opibus defendere videretur. illum cohortatus sum. ut in sua vita conservanda primum regnare disceret. a quibus perspexisset sibi insidias paratas in eos vteretur iure regio. poena afficeret eos. quibus necesse esset reliquos metu liberaret. Presidio exercitus mei ad eorum qui in culpa essent timorem potius quam ad contentionem vteretur. fore autem ut omnes quando senatus consultum nossent intelligerent me regi si opus esset. ex auctoritate vestra presidio futurum. ita confirmato illo ex eo loco castra movi. iterum in Ciliciam facere institui. Quum hac opinione e Cappadocia discederem. ut consilio vestro casu incredibili ac pene divino. Regem quem vos honorifice appellassetis. nullo postulante quicquam meum fidei commendassetis. et cuius salutem magne vobis cure esse decreveritis. me adveniens presentibus insidijs liberaret. Quod ad vos a me scribi non alienum putavi. ut intelligeretis ex his que pene acciderunt nos multo ante. ne ea acciderent providisse. eoque vos studiosius feci certiores quod in rege Ariobarzane ea mihi signa videor scriptis. ingenij. fidei. benivolentie. que erga vos prosperasse. ut non sine tanta cura in eius vos salutem diligentiamque vitam contulisse.

M. C. impe. S. D. M. Latoni.

Uum ad me legati missi ab Antiochio Comageeno venissent in castra ad Iconium ad. iij. no. septembris. hiis mihi nunciassent regis Parthorum filium. quo cum esset nupta regis armeniorum soror ad Euphratem cum maximis Parthorum copijs. multarumque preterea gentium magna manu venisse. Euphratemque iam transire coepisse. dicitque Armenium regem in Cappadocia impetum esse facturum. putavi pro nostra necessitudine me hoc ad te scribere oportere. Publice propter duas causas nihil scripsi quod et ipsum Comageenum legati dicebant ad senatum statim nuncios litterasque misisse. Et existimabam. M. Bibulum procosulem. qui circiter idem sextilis ab Epheso in Syriam navibus profectus erat. quod secundos ventos habuit se iam in provinciam suam peruenisse. Cuius litteris omnia

c ij

Epistole

perlatum iri ad senatū putabam. Mibi vt in huiuscemodi re tāto bel-
lo maxime cure est. vt que copijs 7 opib⁹ tenere vix possum⁹. ea māsuc-
rudine 7 cōtinētia nostra. sociorum fidelitate tenem⁹. Tu velim vt con-
suesti nos absentes diligas 7 defendas.

M. Cicero impera.

M. Catoni. S. D.

Umma tua auctoritas fecit. meiqz perpetuū de tua singulari vir-
tute iudicium. vt magni mea interesse putarem 7 res eas quas gessissem
tibi notas esse. 7 nō ignorari a te qua equitate 7 cōtinētia tuerer socios
prouinciāqz administrare. His em a te cognitis. arbitrator facilius me
tibi que vellem probaturū. Quū in prouinciā pridie calē. sextilis venis-
sem. 7 propter anni temp⁹ ad exercitum mihi cōfestim esse eūdum vide-
retur. B. dñā Laodiceē fui. deinde Apamee quatrīduū. trīduum syna-
dis. totidem dies Philomeli. quib⁹ in oppidis quū magni cōuentus fa-
issent. multas ciuitates acerbissimis tributis 7 grauissimis vsuris 7 falso
sore alieno liberaui. Quūqz ante aduētum meum seditiōe quadam ex-
ercit⁹ esset dissipat⁹. quinqz cohortes sine legato. sine tribuno militum
deniqz etiam sine centuriōe villo. apud Philomelū p̄seditissent. reliqua
exercit⁹ esset in Lycaonia. M. Nāneio legato impaui. vt eas quinqz
cohortes ad reliquū exercitū duceret. coactoz in vnum locum exercitu
castra in Lycaonia apud Iconium faceret. Quod quū ab eo diligenter
esset factum. ego in castra ad. vij. calen. septēbris veni. Quū interea su-
periorib⁹ diebus ex senatuscōsulto. 7 euocatoz firmam manum 7 equi-
tatum satis idoneum 7 populoz liberorum regūqz 7 socioz auxilia vo-
lūtaria cōparuissem. Interim cum exercitu lustrato iter in Ciliciam fa-
cere coepissem cal. septēbris legati a rege Cōmageno ad me missi p̄tu-
multuose. neqz tamē nō vere Parthos in Syriam trāsisse nunciarūt.
quo audito. vehemēter sum cōmotus. tum de Syria. tum de mea p̄uiri-
cia. de reliqua deniqz Asia. Itaqz exercitum mihi ducēdum p̄ Capado-
cię regionem eam que Ciliciam attingeret putauī. Nam si me in Cili-
ciam demissem. Ciliciā quidem ipsam p̄pter mōtis Amanī naturam
facile tenuissem. Duo sunt em aditus in Ciliciam ex Syria. quoz vter-
qz paruis p̄sidijs p̄pter angustias iter cludi potest. Nec est quicqz Ci-
licia cōtra Syriam munitus sed me Capadocia mouebat. que patet a
Syria. regesqz habet finitimos. q̄ etiam q̄ sunt amici nobis tamē apte
Parthis inimici esse nō autent. Itaqz in Capadocia extrema nō lōge a
thauro apud oppidum cybistra castra feci vt 7 ciliciam et Capadociam
tenēs noua finitimoz cōsilia impedirē. Interea in hoc tāto motu. tan-

Tullij.

itaq; expectatiōe maximū belli. rex Deiotarus cui nō sine causa plurimū
 semper et meo et tuo et senatus iudicio i. r. butum est. vir tum biniuolētia
 et fide erga populū singulari. tum pręstatię magnitudine et animi et cōs
 siliū legatos ad me misit. se cum omnib; suis copijs in mea castra esse vē
 turum. Cui; ego studio et officio cōmotus egi per litteras gratias. idq;
 vt maturaret hortatus sum. Quum autem ad Cybistra propter ratio
 nem belli quinque dies essem cōmoratus regem Ariobarzanem. cuius sa
 lute a senatu te auctore cōmendatam habebam. presentib; insidijs ne
 q; opinantem liberaui. neq; solum ei saluti fui. sed etiam curavi vt cum
 auctoritate regnaret. Metram et eum quem tu diligēter mihi cōmen
 das Athenium importunitate athenaidais exilio mulctatos maxi
 ma apud regem auctoritate gratiaq; constitui. Quūq; magnum bellum
 in Cappadocia cōcitaretur. si sacerdos armis se quod factur; putabatur
 defenderet. adolescēs et equitatu et peditatu et pecunia parat;. et toto his
 qui nouari aliquid volebāt perfici vt e regno ille discederet Rex que si
 ne tumultu. ac sine armis omni auctoritate aule cōmunita regnū cum
 dignitate obtineret. Interea cognoui multorū litteris atq; nuncijs ma
 gnas Parthorum copias arabū ad oppidum Antiochē accessisse. ma
 gnumq; eorum equitatum qui in aliciam trāsisset ab equitatu in meo
 rum turmis. et a cohorte prętoria que erat Eriphanę pręsidij causa ob
 sidione occisum. Quare quum viderem a Cappadocia Parthorum co
 pias aduersas non longe a sinibus Cilicię quam potui maximis itineri
 bus ad Amanum exercitum duxi. Quo vt veni hostem ab antiochia re
 cessisse. Bibulum antiochię cognoui esse. Deiotarum confestim iam ad
 me veniētem cum magno et firmo equitatu et peditatu et cum omnib;
 suis copijs certiozem feci nō videri esse causam cur abesset a regno meq;
 ad eum si quod forte noui accidisset statim litteras nūciosq; missurum
 eē. Quūq; eo animo venissem. vt vtriq; prouincię si ita temp; ferret sub
 uenirem. tamē id quod iam ante cōstitueram. vehemēter interesse vtri
 usq; prouincię pacare Amanū perpetuū hostem ex eo mōte tollere age
 re perrexi. Quūq; me discedere ab eo monte simulassem. et alias partes
 Cilicię petere. abessemq; ab Amanano iter vni; diei. et castra apud Epi
 phaneam fecissem ad. iij. idus octobris. Quūq; aduesperāsceret expe
 dito exercitu ita noctu iter feci. vt ad. iij. idus octobris quum lucesceret.
 in Amanum ascēderem distributisq; cohortib; et auxilijs. quum alijs.
 Qu. frater legatus meum simul. alijs. C. Pontinus legatus reliquis.
 M. Manius et L. Tullius legati pręessent. plerosq; nec opis
 nantis oppressimus. qui occisi captiq; sunt. interclusi reliqui su

Epistole

gerant. Amani autem que fuit non vici instar. sed vrbis quod erat Amani caput. Itaque Sepyram et Ceminorum acriter et diu repugnatis Pompeiano illam preme amani tenete ex ante lucano tpe vsqz ad horam diei decimam magna multitudie hostium occisa cepim. castellaqz sex capta coplura incendim. His reb. ita gestis castra in radicib. Amani habuimus apud aras Alexandri quatrudu. et in reliquis amani delendis agrisqz vastandis. que pars ei. montis mee puincie est. id temp. omne consumpsim. Cofectis his reb. ad oppidum Eleuchelicum pindensum exercitum adduxi. quod cum esset altissimo et munitissimo loco ab his que incoleret qui in regib. quidem vnqz paruissent. qui et fugitios recipeeret. et Parthorum aduentum acerrime expectaret. ad existimationem imperij pertinere arbitrat. sum comprimere eoz audaciam. Quo facilius etiam ceteroz animi qui alieni essent ab imperio nro frangerent. vallo et fossa circudei. sex castellis castrisqz maximis sepsi. agere vineis turrib. oppugnans vsqz tormetis multis. multis sagitarijs. magno labore meo sine vlla molestia sumptuue socioz. septimo quinquagesimo die rem cofeci. vt omnib. partib. vrbis disturbatis. aut incels copulli in partem meam peruenirent. His erat finitimi pari scelere et audacia tebarani. Ab his Pindeniso capto obsides accepi. Exercitu in Diberna dimisi. Qu. fratrem negotio preposui. vt in vicis aut captis aut male pacatis exercit. collocaret. Nunc velim tibi sic psuadeas. si de his reb. ad senatum relatu sit. me existimatuz summam mihi laudem tributam. si in honorem meum sententia tua coprobaris. Idqz etsi talib. de reb. grauissimos homines et rogare solere. et rogari scio. tamen admonendum poti. te a me qz rogandum puto. Tu es enim is. qui me tuis sententijs sepissime ornasti. qui oratione. qui predicati. qui summis laudib. in senatu in concionib. ad coelum extulisti. Cui. ego semp tanta esse verbor. pondera putau. vt vno scto tuo cum mea laude coniuncto. omnia assequi me arbitrarer. te deniqz memini. qui cuidam clarissimo atqz optimo viro supplicationem non decerneres. dice te decreturum si referret ob eas res. quas is consul in vrbe gessisset. Tu idem mihi supplicatione decreuisti togato. non vt multis republica bene gesta. sed vt memini republica conseruata. Mittoqz quod inuidiam. quod pericula quod omnes meas tepestates et subieris. et multo etiam magis si per melicuisset subire paratissim. fueris. Quod tamen qz inimicum meum tuum inimicum putaris. cui. etiam interitum. vt facile intellgerem mihi quatum tribueris Milonis causa in senatu defendenda approbaris. A me autem hec sunt profecta. que ego in beneficij loco non pono. s. in veri testimonij atqz iudicij. vt prestatissimas tuas vir

Tullij

tutes nō tacitus admirarer. Quis enī idem non facit? Sed in omnib⁹ orationib⁹. sententijs dicēdis causis agēdis. omnib⁹ scriptis grēcis latinis. omni deniq³ varietate litterarū mearum. te nō modo ijs quos vidissemus. sed ijs de quib⁹ audissemus omnib⁹ anteferre. Quę res fortasse quid sit. quod ego nescio quid gratulatiōis et honoris a senatu tāti estis me. Agam iam tecum familiariter ut est et studijs. et officijs nostris mutuis et summa amicitia dignum. et necessitudine etiam paterna Si quisquam fuit unq³ remotus. et natura et magis ut mihi quidem sentire videor ratione et doctrina ab inani laude et sermonib⁹ vulgi. Ego profecto is sum. Testis est cōsulat⁹ me⁹ in quo sicut in reliqua vita fateor ea me studiose secutum. Ex quib⁹ vera gloria nasci possz. Ipsam quidem gloriam per se nunq³ putavi expetēdam. Itaq³ et prouinciam ornatam. et spem nō dubiam triumphī neglexi. Sacerdotium deniq³ quū quemadmodū te existimare arbitror. nō difficillime cōsequi possem nō appetui Item post iniuriā acceptā. quam tu reipublicę calamitatem semp appellas meam nō modo nō calamitatem. sed etiam gloriam studii quam ornatissima senat⁹ populiq³ romani de me iudicia intercedere Itaq³ et augur postea fieri volui. quod antea neglexerā. et eum honorem quia senatu tribui rebus bellicis solet. neglectum a me olim. nūc mihi expetēdum puto huic mee volūtatī. in qua inest aliqua vis desiderij ad sanādum vuln⁹ iniurię. ut faucas adiutorq³ sis. Quod paulo ante negarā rogaturū vehementer terogo. Sed ita si nō ieiunium hoc. nescio quid. qd ego gessi et cōtemnēdum videbitur. Sed taleatq³ tantum. ut multi nequaq³ paribus reb⁹ honores summos a senatu cōsecuti sint. Equidem etiam mihi illud animū aduertisse video. Scis enim q³ attēte te audire soleā. te nō tam res gestas q³ mores instituta atq³ vitam imperatorū spectare solere in habēdis. aut non habēdis honoribus. Quod si in mea causa cōsiderabis reperies me exercitu imbecillo. cōtra metum maximi belli firmissimum presidij habuisse equitatem et cōtinentiam. His ego subsidijs ea sum cōsecut⁹. quę nullis legionib⁹ consequi potuissem. ut ex alienissimis socijs amicissimos. ex infidelissimis firmissimos redderē. animosq³ nostrarum rerū expectatiōe suspēsos ad veteris imperij. benivolētiā traducerem. Sed nimis hęc multa de me presertim ad te. a quo vno omnium sociozū querele audiuntur. cognosces ex his. qui meis institutis se recreatos putat. Quumq³ omnes vno prope cōsensu de me apd te ea. quę mihi optatissima sunt predicabūt. tum duę maxime clientelę tuę Cyprus insula et Capadocię regnum de me tecum loquentur. Puto etiam Regem Deiorarum. qui vni tibi est maxime necessarius. Quę si etiam

Epistole

maiora sunt. et in omnibus seculis pauciores viri reperti sunt. qui suas cupiditates. quam qui hostium copias vincerēt. Et profecto tuum quū ad res bellicas. hęc que rariores et difficiliore sunt genera virtutis adiunxeris. ipsas illas res gestas iustiores esse et maiores putare. Extremum illud est. vt quasi diffidens rogationi mee. philosophiam ad te allegem. qua nec mihi carior vlla vnq; res in vita fuit. nec hominum generi maius a deis munus vllum est datum. Hęc igitur que mihi tecum cōmunis est societas studiorum atq; artium nostrarum. quibus a puericia dediti ac deuincti soli prope modum nos philosophiam illam veram et antiquam. que quibusdam oriū esse ac desidię videtur in forum atq; in rem publicam atq; in ipsam pene aciem deduxim⁹. tecum agit de mea laude. cui negari a Catone fas esse nō puto Quamobrem sic tibi persuadeas velim. si mihi tua sentētia tributus honos ex meis litteris fuerit. me sic ex istimaturū auctoritate tua. tum beniuolētia erga me. mihi quod maxime cupierim contigisse. Vale.

C. M. Cato. S. D. Ciceroni impatori.

Quod et respublica me et nostra amicitia hortatur libeter facio. vt tuam virtutem. innocētiā. diligentiam. cognitā in maximis rebus domi togati. armati foris pari industria administrare gaudeam. Itaq; quod pro meo iudicio facere potui. vt innocētia cōsilioq; tuo defensam prouinciam. seruatum Ariobarzans cum ipso rege regnum. sociorum reuocatum ad studium imperij nostri volūtatem sententia mea et decreto laudarem. feci supplicationē decretā. si tu qua in re nihil fortuito. sed summa tua ratioe et continētia rēpu. prouisum est. dijs imortalib⁹ gratulari nos q̄ tibi referrī acceptum magis gaudeo. quod si triumphū prerogatiuam putas supplicationem. et ideo casum potius q̄ te laudari maus. neq; supplicationē sequitur semper triumphus et triumpho multo clarius est senatum iudicare potius mansuetudine et innocētia imperatoris prouinciam. q̄ vi militū. aut benignitate teorum retentam. atq; cōseruatam esse. Quod ego mea sentētia censebam. atq; hęc ego ideo ad te cōtra cōsuetudinem meam plurib⁹ scripsi. vt quod maxime volo existimes me laborare. vt tibi persuadeam me. et voluisse de tua maiestate. quod amplissimum sum arbitrat⁹. et quod tu maluisti factum esse gaudere. Vale. et nos dilige et instituto itinere seueritatem diligentiamq; socijs et reipublicę presta.

C. M. C. S. D. Marco Catoni

18
Tullij.

Aetus sum laudari me inquit Dector. Opinoz apud Neuium
abs te pater laudato viro Ea est enim profecto iucunda laus. que
ab his proficiscitur. qui ipsi in laude vixerunt. Ego vero vel gratulatio
ne litterarum tuarum. vel testimonijs sententię dicere. nihil est quod me
non assecutum putem Idqz mihi tum amplissimum. tum gratissimum
est te libeter amicitie dedisse. quod liquido veritati dares. Etsi non mos
eo omnes. verum etiam multi Catones essent in ciuitate nostra. in qua
vnum extitisse mirabile est. quem ego curru. aut qz lauream cum tua lau
datione cōferrem. Nam ad meum sensum 7 ad illud sincerum ac subti
le iudicium. nihil potest esse laudabilius. qz ea tua oratio. que est ad me
perscripta a meis necessarijs. Sed causam meę voluntatis. Non enim
dicam cupiditatis exposui tibi superioribus litteris. Que etiam si pa
rum iusta tibi visa est. hanc tamen habet rationem. vt non nimis concu
piendum s honos. sed tamen si deferatur a senatu. minime aspernandus
esse videatur. Spero autem illum ordinem pro meis ob rempub. susce
ptis laboribus me non indignum honore vsitato. presertim existimatu
rum. Quod si ita erit tatum ex te peto. quod amicissime scribis. vt cum
tuo iudicio. quod amplissimum ee arbitraris mihi tribueris. si id quod
maluero acciderit gaudeas. sic enim fecisse te 7 scripisse et verius sensisse
videro. resqz ipsa declarat tibi illum honore nostrum supplicationis iu
cundum fuisse. quod scribendo affuisti. Nec em senatuscōsulta nō igno
ro ab amiciss. mis eius. cui? honore agitur scribi solere. Ego vt spero te
prope diem videbo. atqz vtiā repu. meliore qz timeo. Vale.

C. I. C. procon. S. D. Marcello consuli.

Et pietatis in nos 7 animi in rempublicam 7 clarissimi atqz op
tami consularis. C. Marcello consule facto fructum coepisse ve
hementer gaudeo. Non dubito quin presentes sentiant. Nos quidem
longinqui et a te ipso missi in vitimas gentes ad coelum me hercule tol
limus verissimis ac iustissimis laudibus. Nam cū te a puericia tua vni
ce dilexerim. tuqz me in omni genere semper amplissimum esse 7 volue
ris et iudicaris. tum hoc vel tuo facto. vl' popu. roma. de te iudicio mul
to acrius vehemētiusqz diligo. maximaqz leticia afficioz. quū ab homi
nib? prudentissimis virisqz optimis omnib? dictis. factis. studijs. insti
tutis. vel metui similem ee audio. vel te mei. Unū vero si addis ad pla
rissimas res cōsulat? tui. vt aut mihi succedat qz primū aliqz aut ne qd
accedat tuis ad id. qd tu mihi 7 senatuscōsulto 7 lege finisti Dia me p te

Epistole

cōsecutum putabo Cura vt valeas ⁊ me absentem diligas atq; defendas
Que mihi de parthis nūciata sunt. quia nō putabā a me etiam nūc scri-
benda esse publice. p̄pt̄ea ne p̄ familiaritate quidem n̄ra volui ad te scri-
bere. ne quū ad cōsulem scripsissem. publice viderer scripsisse. Vale.

M. C. proconsul. S. D. M.

Marcello consule designa.

Arima sum leticia affect⁹. quum audiui te consulem factum esse.
cumq; honorē deos fortunare volo. atq; a te peto p̄ tua parētisq;
tui dignitate administrari. Nam quum te semp dilexi amauisq;. tum mei
iam amātissimum cognoui in omni varietate rez meaz. tum patris tui
plurib⁹ beneficijs. vel defensus tristib⁹ temporib⁹. vel ornat⁹ secundis.
et sum tot⁹ vester ⁊ esse debeo. Quum p̄sertim matris tue gratissime atq;
q; optime foemine maiora erga salutē dignitatēq; mea studia. q̄rant a
muliere postulāda p̄spererim. Quapropt̄ a te peto in maiore modū. vt
me absentē diligas atq; defendas.

M. C. proconsul. S. D. Caio

Marcello consuli.

Arcellum tuū cōsulem factū. teq; ea leticia effectū esse quam maxi-
me oprasti. mirādum in modū gaudeo. Idq; cum ipsi⁹ causa. tum
q; te oib⁹ secūdisimis reb⁹ dignissimū iudico. cui⁹ erga me singularē be-
nivolētiā. vel in labore meo. vel i honore p̄spexi. Totā deniq; domum
vestram. vel salutis. vel dignitatis meę studiosissimā. cupidissimāq; co-
gnoui. Quare gratū mihi feceris. si vxori tue Junie grauisimē atq; op-
time foemine meis vobis eris gratulat⁹. A te id qd̄ iuesti peto. me absen-
tem diligas atq; defendas.

M. C. impe. S. D. Caio Marcello con. desig.

Quando id accidit qd̄ maxime mihi fuit opratū. vt omnium Mar-
celloz et Marcellinoz etiam. mirificus em̄ nomis ac generis ves-
tri fuit erga me semp anim⁹. Quando ergo ita accidit. vt omnium vestrū
studio tuus cōsulatus satis facere posset. in quem res meę geste lausq; et
honos earum potissimū iccederet. peto a te id quod facillimū factu sit nō
aspernāte. vt confido senatu. vt q; honorificētissime senatuscon. litteris
meis recitatis faciendum cures. Si mihi tecum minus esset. quam est
cum tuis omnibus. allegarem ad te illos. a quibus intelligis me precis-
pue diligi. patris tui beneficia in me sunt amplissima. Neq; em̄ salutis.
meę. neq; honori amicior quisquā dici potest. Frater tuus quātū me faci-
at. sempq; fecerit. esse hoiem q̄ ignoret. arbitror neminē. Dom⁹ tua deni-
q; tota me semp oibus summis officijs p̄secuta est. Neq; vero tu in me

19
Tullij

diligēdo cuiquam cōcessisti tuoz. Quare a te peto maiorem i modum, vt me per te quam ornatisimū velis esse. meaq; et in supplicatiōe decernenda. 2 in ceteris rebus exultationem satis tibi esse commendatam putes. Vale.

M. C. Impe. S. D. Marcello con. designa.

Vante tibi cure me^o honos fuerit. 7 quam idem exiteris. cōsul in me ornādo 7 amplificādo. quam fueris semp cum parētib^o tuis. et cum tota domo. 7 si res ipsa loquebat. cognoui tamē ex meoz omnium literis. Itaq; nihil est tātum qd ego nō tua causa debeam. facturūq; sim cum studiose ac libēter. Nam magni interest. cui debeas. Debere autem nemini malui quam tibi. cui me quū studia cōmunia. beneficia paterna. tuaq; iam cōiunxerāt. tum accidit mea quidem sentētia maximū vinculum. qd ita rempublicam geris. atq; gessisti. qua mihi carius nihil est. vt quātum tibi omnes boni debeāt. quo min^o tantundem ego vn^o debeā. nō recusem. Quāobrem tibi velim. hi sint exitus. q; mereris. 7 quos fore cōfido. Ego si me nauigatio nō morabit. q̄ incurrebat in ipsas Ethesias. ppe diem te vt spero videbo.

M. C. Impe. Lucio Paulo consuli designato. S. D.

Si mihi nunq; fuit dubium. quin te popul^o roman^o p tuis summis in rēpublicā meritis. 7 p amplissima familie dignitate. summo studio cunctis suffragijs cōsulem factur^o esset. tamē incredibili leticia sum affect^o. quum id mihi nūciatum est. Eumq; honorem tibi deos fortunare volo. Atq; ex tua maiorūq; tuoz dignitate administrari. Atq; vti nam p̄is illum diem mihi optatissimū videre potuissem proq; tuis amplissimis erga me studijs atq; bñficijs. tibi operam meā. studiumq; nauare. Quam mihi facultatem. quādo hic nec opinat^o 7 improuisus prouintie casus eripuit. tamē vt te cōsulem rem pub. p tua dignitate gerentem possim magnopere a te peto. vt operam des. efficias ne qd mihi fiat iurię. neve qd t̄pis ad meū annuū munus accedat. Qd si feceris. magn^o ad tua pristina erga me studia cumul^o accedet.

M. C. Paulo cōsuli designato. S. D.

Arime mihi fuit optatum Romę esse tecum. multas ob causas. s; precipue 7 in petēdo et in gerēdo cōsulatu. meum debitum tibi studium perspicē posses. At petitiōis quidem tue ratio mihi semp fuit explorata. sed tamē operam nauare volebam. In cōsulatu vero cupio equidem te min^o habere negocij. s; moleste fero me cōsulem tuū studium adolecētis perspexisse te meum quū id etatis sum perspicē nō posse. s; ita fa

Epistole

to nescio quo ptigisse arbitroz. vt tibi ad me ornādum semp detur facultas. mihi ad remunerādum nihil superat pter volūtatem. Ornasti consulatum. ornasti reditum meū. incidit meum temp^o rerum gerendarum in ipsum consulatum tuū. Itaqz quū z summa amplitudo z dignitas. z meus magn^o honos magnaqz exstimatio postulare videat. vt a te pluri-
mis s^obis contēdam ac petam. vt quam honorificētissime senatuscōsul-
tum de meis reb^o gestis faciēdum cures. Nō audeo vehemēter a te con-
tēdere. ne aut ipse ppetue tuę cōsuetudinis erga me oblit^o esse videar. aut
te oblitum putem. Quare vt te velle arbitroz ita faciam. atqz ab eo quē
omnes gentes sciūt de me optime meritum breuiter petam. Si alij con-
sules eēt ad te potissimū Paule mitterem. vt eos mihi quam amicissi-
mos redderes. Nunc quum tua summa potestas summaqz auctoritas.
notaqz omnib^o nostra necessitudo sit vehemēter te rogo. vt z honorifi-
cētissime cures decernēdum de meis gestis reb^o. z quā celerrime dignas
res esse honore z gratulatiōe cognosces ex his lris quas ad te z collegā.
et senatum publice misi. omniūqz mearum reliquarū rerum maximeqz
exstimatiōis mee pcuratiōē susceptam velum habeas. In pri musqz tibi
curare sit. qd̄ abs te superiorib^o quoqz litteris petiui. ne mihi temp^o
prozoget. Cupio te consulem videre. omniaqz q̄ spero. cum absens. tum
etiā p̄sens te cōsulem assequi.

C. M. C. Caio Cassio proquestori. **S. D.**

Arcum Fabium qd̄ mihi amicum tua cōmendatiōe das nullum
in eo facio questum. multi enī anni sunt. quū ille in ere meo est. et
a me diligit. ppter summam ei^o humanitatem z obseruātiā. sed tamē
qd̄ ab eo egregie diligeris. multo et amicior sum fact^o. Itaqz quanqz p-
fecerint lre tuę. tamē aliquāto plus cōmendatiōis apud me habuit ani-
mus ipsi^o erga te mihi p̄spect^o z cognit^o. sed de Fabio faciem^o studiose
quę rogas. Tu multis de causis vellem me cōuenire potuisses. Prīmū
vt te quem iam diu plurimi facio. tāto interuallo viderem. Deinde vt ti-
bi quod feci per lras. possem p̄sens gratulari. tum vt quib^o de reb^o vel-
lemus. tu tuis. ego meis inter nos cōmunicarem^o. Postremo vt amici-
cia nostra. quę summis officijs ab utroqz culta est. Sed lōgis interual-
lis temporis interruptam cōsuetudinē habuit cōfirmare^o vehemētius
Id quādo nō accidit vt emur bono litterarū. et eadem sere absentes. quę
si coram essem^o. cōsequamur. vn^o scilicet fruct^o qui in te videntō est. per-
cipi litteris nō potest. alter gratulatiōis est. z is quidem exlior quam si
tibi ipsum intuens gratularer. Sed tamen z feci antea. z facio nunc. tibi
biqz cum pro rerum magnitudine quas gessisti tum pro oportunitate

29
Tullij.

temporis gratulor. quod te de prouincia decedentem summa laus et summa gratia prouincie. profecuta est. Tercium est. ut id quod de nostris rebus coram commanicasse inter nos conficiamus item litteris. Ego ceterarum rerum causa tibi Romam properandam magnopere censeo. Nam et ea que reliqui tranquilla de te erant. et hac tua recenti victoria tanta clarum aduentum tuum fore intelligo. sed si que sunt onera tuorum si tanta sunt. ut ea sustinere possis. prope nihil tibi erit lautius. nihil gloriofius. si maiora considera ne in alienum tempus cadat aduentus tuus. huius rei totum consilium tuum est. Tu enim scis quid sustinere possis. si potes laudabile atque populare est. sin plane non potes absens hominum sermones facilius sustinebis. De me autem item tecum his ago litteris. quod superioribus egi. ut omnes tuos nervos in eo contendas. ne quid mihi ad hanc prouinciam. quam senatus et populus annuam esse nolunt temporis prozogetur. Hoc a te ita contendo. ut in eo fortunas meas positas putem. Dabes Paulum nostrum nostri cupidissimum. est Curio. est Furnius. sic velim euitare. quasi in eo sint mihi omnia. Extremum illud est his que proposueram confirmatio nostre amicitie. de qua pluribus verbis nihil opus est. Tu puer me appetisti. Ego autem semper ornamento te mihi fore dixi. Fuisti etiam presidio tristissimis meis temporibus. Accessit post tuum discessum familiaritas mihi cum Buto tuo maxima. Itaque in vestro ingenio et industria mihi plurimum et suauitatis et dignitatis constitutum puto. id ut tuo studio confirmes. te vehementer rogo. litterasque ad me et continuo mittas. et quam Romam veneris quam sepiissime. Vale.

M. C. Caio Cassio. S. D.

Si uterque nostrum spe pacis et odio ciuili sanguinis abesse a bello necessaria pertinacia voluit. tamen quando eius consilium princeps ego fuisse video. plus fortasse tibi prestare ipse debeo. quam a te expectare. Et si ut sepe soleo mecum recordari sermo familiaris meus tecum et item mecum tuus adduxit. virumque nostrum ad id consilium ut vno prelio putarem. si non totam causam. at certe nostrum iudicium diffiniri conuenire. Neque quisquam hanc nostram sententiam vere vnoquam reprehendit. Pretereo qui arbitratum melius deleri omnino rem publicam quam imminutam et debilitatem manere. ego autem ex interitu eius nulla spem seque mihi proponebam. ex reliquiis magnam. sed ea sunt consecuta. ut magis virum sit accidere illa potuisse. quam nos non vidisse ea futura. nec

Epistole

homines quū essem⁹ diuinare potuisse. Equidem fateor meam cōiecturā hāc fuisse. vt illo quasi quodam fatali p̄lio facto ⁊ victores cōmuni saluti p̄sulere vellēt. ⁊ victi suē. Utrūq; autem p̄positū esse arbitrari i ce leritate victoris. Que si fuisset. eadem demētiam expta esset Africa quā cognouit Asia. quam etiam Achaia. ⁊ vt opinor ip̄io ligato ⁊ deprecato re. Amisissis autem temporib⁹ que plurimu valēt. p̄sertim in bellis ci uilib⁹ interposit⁹ annus alios induxit. vt victoriam speraret alios vt ip sum vinci cōtemnerēt. atq; horum maloz omnū culpam fortuna susti ner. Quis em̄ aut alexādum belli tātam moram huic bello adiunctum in. aut nescio quem istum Pharnacem Asiē terrorem illatur putaret? Nos tamē in cōsilio pari casu dissimili vsi sum⁹. Tu em̄ eam p̄tem pe tisti. vt ⁊ cōsilijs interesses. ⁊ qd maxime curam leuat futura animo p̄ spicē posses. Ego qui festinaui. vt Cesarem in Italia viderem. Sic em̄ arbitramur eumq; multis honestissimis viris cōseruatum redeūtem ad pacem currētem. vt aiunt. incitarem. ab illo lōgissime ⁊ absūm et absui. Utrorū autē in gemitu Italię. et in vrbis miserimis querelis. qb⁹ ali quid opis. fortasse ego p̄ mea. tu p̄ tua. p̄ sua quisq; per te ferre potuisse si auctor affuisset. Quare velim p̄ tua erga me beniuolētia scribas ad me quid videas. qd sentias. qd expectādum. quid agēdum. nobis existimes Magni erūt mihitue lre. atq; vtinam primis illis quas Luceria mise ras paruissim. Sine vlla em̄ mea molestia dignitatē meā retinuissim

C. M. C. Caio Cassio. S. D.

Uro te iam supputere. quū hec tertia iam epla ante te oppressit. quam tu cedulam aut lram. Sed nō vigeo Lōgiores em̄ expecta bo. vel poti⁹ exigam Ego si semp haberem cui darem. vel ternas in hora darem fit em̄ nescio quid. vt quasi coram adesse videre quū scribo ali qd ad te. Neq; id KATEΛΗ ΗΦΑΝΤΑΣ ΙΑΣ vt dicit tui amici noui. qui putat etiam ΛΙΑΥΟΝΤΙΚΑΣ ΦΑΝΤΑΣ ΙΑΣ. Catius insup epicurus us qui nuper est mortuus. que ille Bargatius. etiam ante Democritus ē. Δολα hic spectra nomiāt. his autem spectris catianis etiam si oculi possent ferri qd velis ipsa currunt. anim⁹ qui possit ego nō video. do ceas tu me oportebit. Quū saluus veneris in mea ne p̄tate sit spectrum tuū. vt simul ac mihi collibitum sit de te cogitare. Illud occurrat. Ne q; solum de te q̄ mihi heres in medullis. Sed si insulam Britanniam coepero cogitare ei⁹. et Δολον mihi aduolabit ad pect⁹. Sed hec po sterior. tento em̄ te quo aīo accipias. Si em̄ stomachabere ⁊ moleste fe res. plura dicem⁹. postulabimusq; ex qua heresi in homib⁹ armatis dele ctus sis. in eam restituare. In hoc interdicto nō solet addi in hoc anno.

Tullij.

Quare si iam biennium aut triennium est. quū virtuti nuncium remisisti delinere illecebris voluptatis in integro res nobis erit. quanq̄ qui quū loqr̄ cum vno fortissimo viro. qui postea quam for̄ attigisti. nihil fecisti nisi plenissimum amplissime dignitatis. In ista ipsa a ipso i metuo ne plus neruoz sit. quam ego putarū. Si modo eam tu p̄bas. Quid tibi in mētem venit in quies. qz nihil habeam aliud quod scriberem. de re publica enim nihil scribere possum Neqz enim quod sentio libet scribere. Vale.

M. C. Caio Cassio. S.D.

Reposteros habes tabellarios. et si me quidem nō offendūt. sed ta mē quū a me discedūt. flagitat̄ lrās. quum ad me veniūt nullas afferūt. Atqz idipm faceret cōmodis. si mihi aliqd̄ spacij ad scribēdum darēt. sed petalati veniūt. comites ad portas expectare dicūt. ergo ignosces. al teras habebis has breues sed expecta. Et si quid ego me tibi purgo. quū tui ad me inanes veniant. ad te cum eplis reuertent nos. hic tamē ad te scribam aliqd̄. D. Syllam p̄rem mortuū habebam. alij a latronibus. alij cruditate dicebāt. popul⁹ nō curabat. Cōbustum em̄ esse cōstabat. h̄ tu p̄ tua sapiētia ferēs equo aio. quanq̄ amisim⁹ Cesarem putabāt molestelatur verētem ne hasta refrigisset. M. Vindius Marcell⁹ et Actius Pignētarius valde gaudebat se aduersariū pdidisse. De Hispania noui nihil. sed expectatio valde magna rumores tristiores. h̄ Panfa noster paludat⁹ ad. iij. calēdas ianuaras p̄fect⁹ est. vt quiuis intelligē posset id qd̄ tu nup̄ dubitare cōcepisti esse. Nam qd̄ multos miserijs leuauit. et quod se in his malis hominem p̄buit. mirabilis eum viroz bonorum beniuolētia p̄secuta est. Tu qd̄ adhuc Brundisij morat⁹ es. valde probō et gaudeo. et me hercule puto te sapiēter factur⁹ si fueris Nobis quidē qui te amant⁹. erit gratum. et amabo te quum dabis post hac aliqd̄ domum litteraz mei meminēris. Ego nunqz quenqz ad te quum sciam. sine meis litteris ire patiar. Vale.

M. C. Caio Cassio. S.D.

Dignior epistola fuisset. nisi eo ipso tpe petita esset a me quū iam iret ad te. logior aut̄ si aliquem habuissz. nam sine periculo vix possum⁹ Redire igit̄ in quies possum⁹. nō me hercule facillime. verū tamē aliam aberrationē a molestijs nullam habem⁹ Ubi igit̄ in quies philosophia tua. et quidem in culina mea molesta est. Pudet em̄ scriuire. itaqz facio me alias res agēne cōuitium Platonis audiam. De Hispania nihil adhuc certi. nihil oīno noui. Te abesse mea cā moleste fero tua gaudeo Sz flagitat̄ tabellari⁹ Talebis igit̄. meqz vt a puero fecisti amabis.

Epistole

Cassius. S. D. Cicroni.

Iuales bñ est. ego quidem valeo. Nō me hercule in hac mea peregrinatione quicquid libētius facio. quā scribo ad te. Uideo enim cum pñte loqui et iocari. Nec tamē hoc usu venit propter spectra catiana. pro quo tibi proxima epistola tot rusticos stoicos egerā. ut Catium Athenis natū esse dicas. Pāsam nōm secūda volūtate hoīem plaudatū exurrexisse. tum ipsi⁹ causa gaudeo. tum mehercule et oīm nōm. spero enim homines intellecturos quāto sit oīb⁹ odio crudelitas. et quāto amoris pietas et clemētia. atque ea que maxime mali petāt et concupiscāt ad bonos puenire. Difficile ē enim hominibus pnuadere esse hoc et fūte iusticia parari. et uerū et pbabile est. Ipse enim Epicur⁹ a quō oēs Catij et Amasunij. mali fūborū interpres pscificatur. dicitur. Itaque et Pansa quā sequit. uirtutē retinet. et ij qui a uobis uocantur sunt oēs quā fūtes et colūt et retinent. Itaque Sylla cui⁹ iudiciū pba re debent. quū dissentire p hōs uideret. nō quesuit quod bonum eēt. et oīs bona coemit. cui⁹ ego mortem forti mehercule aīo tuli. Nec tamē cesar diuini⁹ nos eum desiderare patiet. Nam hōz damnatos quos p illo uobis restituat. nec ipse sectorem desiderabit. quū filium uiderit. Nūc ad rempu. re deā. quod in hispania gerat rescribe. Per eā nisi sollicit⁹ sum. ac malo ueterē et clementē dñm hñe. quā nouū et crudelē expiri. Scis Cneus quā sit factus. Scis quāto crudelitatem fūte putet. Scis quā se sp a uobis derisum putet. Uereor ne nos rustice gladio uelit quid fiat si me diligis rescribe. Tu quā uelim scire utrum istas sollicito aīo an soluto legas. Scies enim eodē tpe quod me facē oporteat. ne lōgior sim uale. me ut facis ama. Si cesar uicit celeriter me expecta.

C. C. Tretonio. S. D.

Ratorē meum. sic enim inscripsi. Sabino tuo cōmēdaui. natio me hominis impulit. ut ei recte putarē. nisi forte cādidatorē licētia hic quā usus hoc subito cognomē arripuit. et si modestus ei⁹ uultus. sermoque cōstans hñe quiddā a curib⁹ uidebat. Sed de Sabino satis. Tu mi Tretoni quāto ad amorē meum aliquātum olim discēdēs addidisti. quātole rabilius feram⁹ igniculū desiderij tui. crebris nos lris appellato. Atque idem si ita fiat a nobis quātoque due cause sunt. cur tu frequentior in isto officio esse debeas quā nos. Primū quod olim solebāt quō rome erāt ad puinciales amicos de repū. scribere. nūc te nobis scribere oportet. Res enim publica istic ē. Deinde quod nos. alijs officijs tibi absenti satis facē possum⁹. Tu nobis nisi lris nō uideo quāto alijs satis facē possis. Sed cetera scribes ad nos postea. Nūc hoc pmo cupio cognoscē iter. cum cuiusmodi sit ad nos. ubi Brutū nōm uicaris quā diu simul fueris. Deinde quāto pcellis

Tullij.

ris lógius de bellícis reb⁹. de toto negotio. vt existimare possim⁹. quo sta
tu simus Ego tm me scire putabo. quátum ex tuis lris habebó cognitú.
Cura vt valeas. meq; ames amore illo tuo singulari.

M. Cicero. Trebonio. S.D.

L eplám tuam legi libéter. z libz libéřissime. sed tamé in ea volu
ptate húc accepi dolorem. qđ quum incédisses cupiditatem meam cou
suetudis augéde nrę. nam ad amorem quidē nihil poterat accedē. tum
discedis a nobis. meq; táto desiderio afficis. vt vnám mihi cōsolationez
relinq̄s. fore vt vtriusq; nr̄m absentis desiderium. crebris z lon gis eplis
leniat. qđ ego nō modo me tibi spōdere possum. sz de te etiam mihi Nul
lam em apud me reliquisti dubitatiōem. quátum me amares. Nam vt
illa omittam q̄ ciuitate teste fecisti. quum mecu inimicicias ꝓmunicasti
quū me concionib⁹ tuis defendisti. quū quęstor i mea atq; in publica cā
cōsiliū ptis suscepisti. quū tribunoplebis quęstor nō paruisti. cui tu⁹
presertim collega parét. vt hęc recentia q̄ meminero sp obliuiscar. q̄ tua
solllicitudo de me in armis. q̄ leticia in reditu. q̄ cura. qui dolor. quum ad
te cure dolores mei pferent. Brundisium deniq; te ad me venturū fuisse
nisi subito in hispania missus esses. Ut hęc igit omittam. q̄ mihi tāti ex
istimāda sunt. quāti vitam existimo z salutem meam. Liber iste quē mi
hi misisti. quātam habet declaratiōem amoris tui. primū quod tibi face
tum videt quicqđ ego dixi qđ alijs fortasse nō itē. Deinde quod illa si
ue faceta sint. siue sic fiunt. narrāte te z venustissima. quin etiam anteq;
ad me veniatur risus omnis pene cōsumit. Quod si in his scribēdis ni
hil aliud nisi qđ necesse fuit de vno me tam diu cogitauisses ferreus eē
si te nō amarem. Quum vero ea que scriptura persecut⁹ es sine summo
amore cogitare nō potueris. nō possim existimare plus quē a seipso.
quam me a te amari. cui quidem amori vtinā ceteris reb⁹ possem. amor
re certe respondebo. quo tamē ipso tibi confido futurum satis. Nunc ad
epistolam vauo. cui copiose z suauiter scriptę nihil est quod multa res
sponteam Primum enim ego illas Caluo litteras misi. non plus quam
has quas nunc legis existimans exituras. Aliter scribim⁹ quod vnum
solum. aliter quod multos lecturos putamus. Deinde ingenium ei⁹ me
lioribus extuli laudib⁹. quam tu id vere potuisse fieri putas. Primum
qđ ita iudicabam acute mouebatur. gen⁹ quoddam sequebatur. in quo
iudicio lapsus quo valebat. tamen exquebatur quod probaret. Multę
erāt z recōdite lrę. vis nō erat. Ad eā igit adhortabar In exercēdo at et
in acūto plurimū valet. si laudes eum. quem cohortē. Habeas de Cal
uo iudicium z cōsiliū meum. Cōsiliū quod hortandi causa laudauī.

D ĩ

Epistole

Judicium quod de ingenio eius valde existimaui bene. Reliquum est tuam perfectionem amore prosequi, reditum spe expectem, absentem memoria colam. Omne desiderium literis mittendis accipendisque leniam. Tu velim tua in me studia et officia multum tecum recordere, quam quum tibi liceat, mihi nefas sit obliuisci, non modo virum bonum me existimabis, verum etiam te a me amari plurimum iudicabis;

M. C. S. D. Tironi suo humanissimo et optimo

Itaque quanta in te sit suauitas, duas horas thirei sumus Xenomenes hospes tam te diligit, quam si vixerit tecum. Is omnia pollicetur est, quam tibi essent operum facturum puto, mihi placebat si firmior es, ut te leucadem deportares, ut ibi te plane confirmares. Videbis quid Curio, quod Lysoni, quod medico placeat. Uolebam ad te Marionem remittere, quem quum meliuscule tibi esset, ad me mittes, sed cogitavi vias literas Marionem afferre posse, me autem crebras expectare. Poteris igitur et facies si diligis ut quotidie sit Acastus in portu. Multi erunt quibus recte literas dare possis, qui ad melius pferant. Equidem praesentem ne minem praeremittam. Ego omnem spem tui diligenter curandi in Curio habeo, nihil pro illo fieri humanius, nihil nostri amantius. Et totum tradere malo te paulo valentem, quam statim imbecillum videre. Cura igitur nihil aliud nisi ut valeas, cetera ego curabo, etiam atque etiam vale. Leucadem proficiscens. Septimo idus nouembriis.

M. Cicero. Tironi. S. D.

Eximium iam diem corcyte tenebamur. Quia autem pater et filius Buthroti solliciti eram de tua valitudine mihi in modum, nec mirabamur nihil a te literarum. His enim veteris istinc nauigant, qui si essent nos corcyte non secerem. Cura igitur et confirmatio, et quum commode et pro valitudinem, et pro anni tempore nauigare poteris ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat quam te non diligit. Carus omnibus expectatusque venies. Cura ut valeas, etiam atque etiam Tiro noster. Vale. Quintodecimo calendis nouembriis Corcyte.

M. C. Tironi suo. S. D.

Cicero meus, et frater, et fratris filius. S. D.

Aulo facilius putavi posse me ferre desiderium tui, sed plane non fero, et quamquam magni et honorem nostrum interest quamprimum ad urbem me venire, tamen peccasse mihi video, quia a te discesserim. Sed quia tua voluntas ea videbat esse, ut proorsus nisi confirmato corpenolles nauigare, approbau

Tullij

tui consilium. Neque nunc muto. si tu in eadem es sententia. Sin autem po-
stea quam cibum coepisti. videris tibi me posse consequi. tui consilium est.
Marionem ad te eo misi. ut aut tecum ad me quod primum veniret. aut si tu
morare statim ad me rediret. Tu autem hoc persuade si comodo validudis
tue fieri possit. nihil me malle quam te esse mecum. Si autem intelligas
opus esse te patris conalescedi causa paulum comorari. nihil me malle
quam te valere. Si statim navigas. nos leucade consequere. Si te confir-
mare vis et comites et tempestates. et navem idoneam ut habeas. diligenter
videbis. Unum illud mi Tiro videto. si me amas. ne te Marionis ad-
ventu. et hec lre commoveat. quod validudini tue maxime conducet si feceris.
maxime obtemperaris voluntati mee. Nec pro tuo ingenio considera. Nos
ita te desideramus ut amemus. Amor ut valentem videamus hortatur. desiderium
ut quod primum. Illud igitur potius. Cura ergo potissimum ut valeas. De tuis is-
numeralibus in me officijserit hoc mihi gratissimum. iij. no. nouembriis

M. Cicero. Tironi. S. D.

On queo ad te nec libet scribere. quia iam sum affectus tamen scribo et tibi et
mihi maxime voluptati fore si te firmum quam primum videro. tercio
die abs te aluciam accesseram. Is locus est citra leucadem stadia. cxx. Leu-
cade aut te ipsum. aut tuas litteras a Marione putabam me accepturum. Quan-
tum me diligis. tantum fac ut valeas. vel quantum te a me scis diligi. Nos
nisi nouembriis a lucia.

M. C. Tironi. S. D.

Os apud aluciam ex quo loco tibi litteras ante dederam. unum diem co-
morati sumus. quod dum nos consequitur non erat. Is dies fuit nonne nouem-
bris. Inde ante lucem proficiscetes ante diem octavam idus nonas has litteras de-
dimus. Tuli nos omnes amas. et precipue me maxime tuum confirma te. Ego vale-
re suspensio iam expecto te primum scis. Deinde Marionem cum tuis litteris omnes
cupimus. ego in primis quod primum te videre. sed mi Tiro valentem. Quare
nihil propter aris satis quod die videro. si valebis Utilitatibus tuis possum
carere. te valere tua causa primum volo. tum mea mi Tiro. Vale

M. Cicero Tironi. S. D.

Arie sum affectus tuis litteris. valde priore pagina turbatus. paulum al-
tera recreatus. Quare nunc quidem non dubito. quin quo plane vales
as. te neque navigationi neque vie permittas. Satis enim te mature videro. si
plane confirmatum videro. De medico et tu bene existimari scribis. et ego sic
audio. Sed plane curatio eius non proba. Jus enim dandum tibi non fuit.
quod esset se tamen et ad illum scripsi accurate. et ad Lysonem. Ad Curium
vero suavissimum hominem. et summi officij summeque humanitatis multa

Epistole

scripsi. In his etiam ut si tibi videret. te ad se trās ferret. Lyso cū nos-
vercor ne negligētior sit. p̄mū qz omnes greci. deinde qd̄ quum a me lrās
accepissz mihi nullas remisit. sz cum tu laudas. Tu igit quid faciēdum
sit iudicabis. Illud mi Tiro te rogo. sumptui ne parcas vlla i re qua ad
valitudinem op̄ sit. Scripsi ad Curium qd̄ dixisses daret medico. ipsi
puto aliqd̄ dandū esse. q̄ sit studiosior. Innumerabilia tua sunt in me
officia domestica. forensia. vrbana. puicialia. in re priuata. in republica.
in studijs. in lrīs nrīs. Omnia viceris. si vt spero te validū videro Ego
puto te bellissime si recte erit cum questore Nescinio dekursuz. non in
human⁹ est. teqz vt mihi visus est diligit. z quum valitudini tuę dilige-
tissime cōsulueris. tu mi Tiro cōsulito nauigationi. nulla in re iam te se-
stinare volo. nihil laboro nisi vt salu⁹ sis. Sic habeto mi Tiro neminē
esse q̄ me amet. quin idem te amet. vt quum tua z mea maxime interest te
valere. tum multis est cure adhuc dum mihi nullo loco deesse vis. nun-
qz te cōfirmare potuisti. Nūc te nihil impedit. oia deponē. corpi serui.
quātam diligētiam in valitudine tuā cōtuleris. tāti me fieri a te iudi-
cabo. Vale mi Tiro. Vale. Vale. et salue. Lepta tibi salutē dicit. z oēs
Vale. vi. idus nouembrijs. Leucade

M. Ci. Tironi. S. D.

Etiam ad te hāc eplam scripsi eodem die magis instituti mei tes-
nēdi causa. qz nactus eram cui darem. quam q̄ haberem qd̄ scriberem.
Igit illa quātum me diligit. tū adhibe in te diligētē. ad tua inu-
merabilia in me officia. Adde hoc qd̄ mihi erit gratissimum oim quum
valitudis rōnem vt spero habueris. habeto etiam nauigatiōis. In itali-
am euntib⁹ omnib⁹ ad me lrās dabis vt ego euntē Patras neminem
p̄termitto. Cura cura te mi Tiro. quādo non cōtigit vt mecum nauis-
gares. nihil est qd̄ festines. nec quicqz cures. nisi vt valeas. etiā atqz etiā
vale. vii. idus nouēbris. Actio vesperi

M. T. Cicero. S. D. Tironi suo.

Agnē nobis est sollicitudini valitudo tua Nam tam etsi qui veni-
unt nunciāt. tamē in magna cōsolatiōe ingēs est sollicitudo si diu-
tius a nobis affutur⁹ es. Is cui⁹ vsum z suauitatem desiderādo sentim⁹.
Attamē quanqz videre te tota cogitatiōe cupio. tū te penit⁹ rogo. ne te
tam longē nauigationi z vię p̄ h̄yemen nisi bñ firmum cōmittas. neue
nauiges. nisi explorete. Uix in ipsis tectis z oppidis frig⁹ in p̄ma vali-
tudine vitat. nedum in mari z via sit facile abesse ab iniuria t̄pis inquit
Euripetes cui tu quātum credas nescio. Ego certe singulos ei⁹ versus
singula ei⁹ testimonia puto. Effice si me diligit. vt valeas. et tu da nos

Tullij.

firmus et valens quamprimum venias. Ama nos, et vale. Quintus frater salutem plurimam dicit.

M. Cicero Tironi. S. D.

Quia te ut scis discessim ad. iij. no. noue. Leucadem venim ad viij. idus nouem. ad. vij. actium. ibi propter tempestatem ad. vi. idus morati sumus. Inde ad quitum idus corcyam bellissime nauigauimus. Corcyre fuimus usque ad. xvi. calen. decembris tempestatibus retenti. ad duodecesimum calen. decembris in portum corcyreorum ad cassodem stadia. cxx. profectum ibi retenti fuimus usque ad no. cal. Interea qui cupiditate profecti sunt multi naufragia fecerunt. nos eo die coenati soluimus. Inde austro leuissimo celo sereno nocte illa et die postero in italiam ad hydrontem ludibudi puenimus. eodemque vetero postridie id erat ad. vij. calen. decembris. hora quarta Brundisium venimus. eodemque tempore simul nobiscum in oppidum introiit Lesretia que te facit plurimum. Ad quin. calen. decembris serui Cn. Plancij Brundisij tandem aliquando mihi a te expectatissimas litteras reddidit dadas idus nouembris que me molestia valde leuarunt. vtinam oino liberasset Sed tamen Asclapio medicus plane confirmat propediem te valentem fore. Nunc quidem ego te hortor vt omnem diligentiam adhibeas ad conualescendum tuam prudentiam. temperantiam. amorem erga me noui. Scio te omnia facturum vt nobiscum quamprimum sis. Sed tamen ita velim vt ne quid properes. Symphoniam Lysonia velim vitasses. ne in quartam ebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi quam validitudini reliqua cura. Curio nisi vt medico honos haberet. et tibi daret quod opus esset. me cui iussisset curaturum. Equum et mulum Brundisij tibi reliquit. Romam vereor ne ex caledis ianuarum magni tumultus sint. Nos agemus omnia modice. Reliquum est vt te hoc rogem. et a te petam ne temere nauiges. Solent nauis festinare questus sui causa. Cautus sis mi Tiro. Mare magnum et difficile tibi restat. Si poteris cum Mescinio. caute is solet nauigare. Si minus cum honesto aliquo homine. cuius auctoritate nauiculari moueatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris. teque nobis incolumem feceris. oia a te habedo etiam atque etiam no ster Tiro. Vale Medico Curio Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale. Salue.

M. C. Tironi. S. D.

Si opportunitate opere tue omnibus locis desidero. tamen non tam mea quam tua causa doleo te non valere. Sed quando in quartana reuersa vis est morbi. Sic enim scribit Curius. spero te diligentia adhibita etiam firmior rem fore. Noto fac id quod humanitatis tue est. ne quid aliud cures hoc tempore. nisi vt quam commodissime conualescas. Non ignoro quatum

Epistole

ex desiderio labores. sed erūt oīa facilia. si valebis festinare te volo. ne nan-
seq̄ molestiam suscipias eger. et periculosa hyeme nauiges. Ego ad urbē
accessi p̄die no. ianuaras obuiam mihi sic p̄ditum ē. vt nihil fieri potu-
erit ornati⁹. Sz incidi in ipam flammam ciuili discor̄die vel poti⁹ bel-
li. cui quū cuperem mederi. et vt arbitror possem cupiditates ceteroz ho-
minū. Nam ex vtraq; pte sunt q̄ pugnare cupiāt. impedimēto mihi fia-
erūt oīno. et ipse Cesar amic⁹ noster minaces ad senatum et acerbis lrās
miserat. et erat adhuc impudēs. q̄ exercitum et puinciam inuito senatu
tenēt. et Curio me⁹ illū incitabat. Antoni⁹ quidem noster et Qu. Cassi-
us nulla vi expulsi ad Cesarem cum Curione p̄fecti erāt. Postea quam
senatus cōsulib⁹. p̄torib⁹ tribunis ple. et nobis. qui p̄cōsules sum⁹ nego-
cium dederat. vt curarem⁹. ne qd̄ respu. detrimētū caperet. nunq; maiore
in periculo ciuitas fuit. nunq; improbi ciues habuerūt paratiorē ducē
oīno. Ex hac quoq; pte diligentissime comparat. Id fit auctoritate et stu-
dio Pompeij nostri. q̄ Cesarem sero cepit timē. Nobis int̄ has turbas.
senat⁹ tamē frequēs flagitauit triumphū. Sed Lentul⁹ cōsul quo ma-
ius suū beneficiū facēt. simulatq; expeditet que essent neccāria de repu. di-
xit se relatur. Nos agim⁹ nihil cupide. eo qd̄ est nra pluris auctoritas.
Italię regioēs descriptę sunt. quam quisq; ptem tueret. Nos Capuam
sumpsim⁹. hęc te scire volui. Tu etiam atq; etiam cura vt valeas. lrās q;
ad me mitras quotienscūq; habebis. cui res. etiā atq; etiā vale. Datum
p̄die idus Ianuarij.

M. C. Tironi. S. D.

Uo in discriminē verset̄ salus mea et bonoz omnium atq; vniuersę
reip. ex eo scire potes qd̄ domos nras et patriam ipam vel diripiē-
dam vel inflammādam reliqm⁹. In eum locum res deducta ē. vt nisi q̄s
de⁹ vel casus aliq̄s subuenerit. salui eē nequeam⁹. Equidem vt veni ad vr-
bem nō destiti oīa et sentire et dicē et facē. q̄ ad cōcordiam p̄tinerēt. sz mi-
rus inuaserat furor. nō solum improbis. sz etiam his q̄ boni habent. vt
pugnare cuperēt. me clamāte nihil bello ciuili miserius. Itaq; cum ce-
sar amētia quadā raperet. et oblit⁹ nomis atq; bonoz suoz Arminum.
Pisaurum. Anconam. Arretū occupass. urbem reliqm⁹. q̄ sapiēter.
aut quā fortiter nihil attinet disputare. Duo quidem in casu sum⁹ vides
ferūtur oīno cōditiones ab illo. vt Pompeius eat in Hispaniam. dele-
ctus q̄ sunt habitū et p̄sedia nra dimittant. se vltiorē Galliam Do-
mitio. ceteriorē Confidio nouiano. His em̄ obtigerūt tradituz. ad cō-
sular⁹ petitionem se ventuz. neq; se iam velle absente se rōnem haberi su-
am. se plentē trinundinū petituz. Accepim⁹ cōditiones. sed ita vt remo-

25

Tullij.

ueat p̄sidia ex his locis q̄ occupauit. vt sine metu de his ipsis cōditioni-
bus Romę senat̄ haberi possit. Id ille si fecerit. spes est pacis. Nō em̄
honestę leges imponitur. sed quib̄ est melī quam sic esse vt sum̄. Sin
autē ille suis conditionib̄ instare voluerit. bellum paratū est. cuiusmodi
tamē. qd̄ ille sustinē nō possit. p̄sertim quā a suis cōditionib̄ ipse fugerit.
tantūmodo vt cum iter cludam̄. ne ad urbem possit accedē. qd̄ spera-
bam̄ fieri posse. Delectus em̄ magnos habebam̄. putabamulq; illum me
tuere. si ad urbem ire cepisset. ne gallias amittēt. quas ambas h̄z munis-
tissimas p̄ter trāspadanos. Ex hispaniaq; sex legiōes. 7 magna auxilia
Africanis et Petreio ducib̄ haberi a tergo videt. si insaniet. posse opp̄-
mi modo vrbē salua. Maximam autē plagam accepit. qd̄ is qui summā
auctoritatem in illī exercitu hēbat Titus Labienus eī socius sceleris
esse noluit. reliq̄ illum 7 nobiscum ē. multiq; idē facturi esse dicuntur.
Ego adhuc ore maritię p̄sum aformis Nullum maius negocium si-
scipe volui. q̄ plus apud illum meę lr̄ę cohortatiōesq; ad pacem valerēt
Sin autē erit bellum. video me castris 7 ceteris legionib̄ p̄futurū. ha-
beo etiam illam molestiam qd̄ Dollobella noster apud Cesarē est. Hęc
tibi nota esse volui. q̄ caue ne te perturbēt 7 impediat valitudinem tuam.
Ego. A. Varroni quem q̄s amantissimū mei cognoui. tum etiam valde
tui studiosum diligentissime te cōmendauit vt 7 valitudinis tuę rōnem ha-
beret 7 nauigatiōis 7 totum te susciperet ac tueret. quem oīa facturū confi-
do. recepit em̄ 7 mecum locut̄ est suauissime. Tu quādo eo tempore me
cum esse nō potuisti. quo ego maxime operam 7 fidelitatem desiderauit
am. caue festines. aut cōmittas. vt aut eger. aut hyeme nauiges. Nun-
q̄ sero te venisse putabo. si salū veneris. Adhuc neminem videram qui
te postea vidisset q̄. M. Volusius. a quo tuas lr̄as accepi quod nō mi-
rabar. Neq; em̄ meas puto ad te lr̄as tanta hyeme proferri. S; da ope-
ram vt valeas. 7 si valebis quā recte nauigari poterit tum nauiges. Ci-
cero mē in Phormiano erat. Terētia et Lullia Romę. Cura vt va-
leas. iij. calen. februa. Capua.

M. C. Tironi. S. D.

So vero cupio me ad te venire. sed viam timeo. grauissime egro-
tasti. inedia 7 purgatiōib̄. 7 vi ipsius morbi cōsumptus es. gra-
ues solēt offensiōes esse ex grauib; morbis. si qua culpa cōmissa ē. Jam
ad id biduū quod fueris in via. dum in cumanum veneris. accedent tri-
nuo ad reditum dies quinq;. Ego in phormiano ad. iij. calen. esse volo.
ibi te vt firmum offendam mi Tiro effice. Litterule tuę siue nostrę tui
desiderio obligauerūt. Hęc tamē epistola quam Acastus attulit. oculos

Epistolę

paululū sustulerūt. Pompeius erat apud me quum hoc scribebam. his
lare et libēter ei cupiēti audire nostra dixi. sine te omnia mea mutam esse
tu musis nostris para. vt operas reddas. nostra ad diem dicta fiēt. Do-
cuit em̄ te fides quod haberet. fac plane vt valeas. nos ad summū. Va-
le. xiiij. calendas Januarij.

M. C. Tironi. S. D.

Egypta ad me venit pridie idus aprilis. Is et si mihi nūciauit. te
plane febri carere. et belle habere. tamē quod negauit te potuisse ad
me scribere curam mihi attulit. et eo magis quod Verria quem eodem
die venire oportuerat nō venerat. Incredibili sum sollicitudine de tua va-
litudine. qua si me liberaris. ego te omni cura liberabo. Plura scriberē.
si iam putarem libēter te legere posse. Ingenium tuū. quod ego maximi
facio cōser ad te mihi tibiq; cōseruandum. Cura te etiam atq; etiam dis-
ligēter. Vale. Scripta iam epistola Verria venit. Accepi tuam epis-
tolam vacillantib; litterulis. nec mirum tam graui morbo. Ego ad te
egyptam misi. qđ nec inhuman; est. et visus est mihi diligē. vt is tecū
esset. et cū eo coquū quo vterere. Vale.

M. C. Tironi. S. D.

Ndricus postridie ad me venit quā expectarem. Itaq; habui no-
ctem plenam timorib; ac miserijs. Tuis litteris nihilo sum fact; certis-
or quomodo te haberes. sed tamē sum recreatus Ego omni delectatione
litterisq; omnib; careo. quas ante quam te videro attingere nō possum.
me dico mercedis quātum poscit promitti iubeto. id scripsi ad Numi-
um. Audio te animo angī. et medicū dicere ex eo te loquere. Si me dili-
gis excita ex somno tuas litteras humanitatēq; propter quam mihi es
carissimus. Nunc op; est te animo valere vt corpore possis id cum tua.
tum mea causa facias a te peto. Acastum retine. quo cōmodius tibi mi-
nistretur. Cōseruate mihi. dies pmissor; atest. quem etiam representabo si
adueneris etiam atq; etiā vale. iij. idus aprilis.

M. C. Tironi. S. D.

Mnia a te data mihi putabo. si te valētem videro. summa cura ex-
pectabo aduētum Menandri. quem ad te miserā. Cura si me diligis vt
valeas. et quū te bene cōfirmaris ad nos venias. Vale. iij. id; aprilis

M. C. Tironi. S. D.

Et Tironi mi Narce. ita te meumq; Ciceronem et meam Tulli-
olam. tuūq; filium videam vt mihi gratissimum fecisti. quū eum
indignum illa fortuna ac nobis amicū seruū esse maluisti. Mihi
crede tuis et illius litteris perlectis epulū gaudio. et tibi ago gratias. &

26
Tullij.

gratuloz. si enim mihi Sratij fidelitas est tante voluptati. quam /
ti esse in isto. hęc eadem bona debent additis litteris et sermonibus hu/
manitate que sunt his ipsis commodis potiora. Amo te omnibus equi/
dem de maximis causis. verum etiam propter hanc. vel quod mihi sicut
debuisti nunciasti. Te totum in litteris vidi. Sabini pueris et promi/
si omnia et faciam. Vale.

M. Marcus. L. Cicero. S. D. Tironi.

Iteo quid agas tuas quoque epistolas vix referam in volumina.

Sed heus tu qui esse meorum scriptorum soles. Unde illud tam
valitudini fideliter inseruiedo: Unde in istum locum fideliter venit. cui
verbo domicilium est proprium in officio. migratioes in alienum mul/
te. Nam et doctrina. et domus et ars et ager etiam fidelis dici potest. vt
sit quomodo Theophrasto placet verecundia translatio. Sed hęc co/
ram. Demetrius venit ad me quo quidem comitatu satis scis. et tu cum
videlicet non potuisti videre. cras akerit. videbis igitur. Nam ego hic
perendi mane cogito. valitudo tua me valde sollicitat. sed inserui. et fac
omnia. tum te mecum esse. tum mihi cumulatissime satis facere putato.
Cupio quod operam dedisti mihi gratum est. Valde enim a? causa vo/
lo. Vale.

M. C. Tironi. S. D.

Uid igitur non sic oportet. equidem censeo sic adendum etiam
suo. sed si placet inuidia videtur. quam quidem ego sepe contem/
psi. tibi gaudio profuisse. Si vero etiam tusculanum. diu boni quanto mi/
hi erit amabilius. Sed si me amas. quod quidem aut facis. aut perbel/
lesimulas. quod tamen in modum procedit. Sed vt est indulge valitu/
dini tue. Cui quidem tu adhuc dum mihi deseruis. seruisti non satis.
ea que postulet non ignoras fac bellus reuertare non mo te sed etiam tuscu/
lanum nostrum plus amem. Parhedum excita vt horum ipse condu/
cat. sic holitozem ipsum comouebis. Elico nequissimus sestertia ducen/
ta dabat nullo apzico horzo. nullo emissario. nulla maceria. nulla casa.
Is ne nos tanta impensa derideat. caleface hominem. vt ego Notone.
Itaq; abutor coronis de crabza. Quid agatur: etsi nunc quidem etiam
numium est. a qua tamen velim scire. Dorologiu mittam et libros si erit
sudum. s; tu nullos ne tecum libellos. an pangis aliquid sophocleum?
fac opus appareat. Alligurius Cesaris familiaris mortuus est. bonus
homo et nobis amicus. Te quando expectemus fac vt sciam. Cura te
diligenter Vale.

Epistole

M. C. Tironi. S. D.

Expecto tuas litteras de multis rebus. te ipsum multo magis. De metrum redde nostrum. et aliud si quid potes boni. De Ausidiano non mine nihil te hortor. scio tibi curę esse. sed confice. etsi ob eam rem moraris. accipio causam si te id non tenet aduola. Litteras tuas valde expecto. Vale.

M. Ci. Tironi. Salutem. D.

Delicitat ita viuam me tua mi Tiro valitudo. sed cōfido si diligētiam. quam instituisti adhibueris. cito te firmum fore. libros compone. Iudicem cum Metrodoro libebit quomodo ei⁹ arbitrato viuendum ē. cum holitore vt videtur. tu potes calēdas expectare gladiatores postrie redire. et ita censeo vez vt videbit. Cura te si me amas diligēter

M. C. Tironi. S. D.

Tum vehemēter tabellarios expectarem quottidie aliquādo venērūt post diē quadragēsimū et sextum. q̄s a nobis discesserāt. quorum mihi fuit aduent⁹ optatissim⁹ Nam quum maximam cœpissē litterarum. ex humanissimi et carissimi patris epistola. tum vero iucundissimę tuę litterę cumulum mihi gaudij attulerūt. Itaq; me iam nō pœnitētebat inter capedinem scribēdi fecisse. sed poti⁹ letabar. Fructum enī magnum humanitatis tuę capiebam ex silētio mearum litterarum. Vehemēter igitur gaudeo te meam sine dubitatiōe accepisse excusationē. gratos tibi optatosq; esse. qui de me rumores affererūt. non dubito mi dulcissime Tiro. prestaboq; et enitar. vt indies magis magisq; hęc nascens de me dupliciter opinio. Quare quod polliceris te buccinatorē fore existimatiōis meę cōfirmo. id cōstantiq; animo facias. licet enī tātum mihi dolorem cruciatumq; attulerūt errata etatis meę. vt non solum animum a factis. sed aures quoq; a cōmemoratiōe abhorreāt. cuius te solitudinis et doloris participē fuisse notum. exploratum est mihi. nec id mirum. nam cum omnia mea causa velles mihi successa. tum etiam tua Socium enī te meorum cōmodorum semper eē volui. Quod igitur tamen ex me doluisti nūc vt duplicetur tuū ex me gaudium prestabo. Cratippo me scito nō vt discipulum. sed vt filium esse cōiunctissimū. Nam cum et audio illum libēter. tum etiam ei⁹ propriam suauitatem vehemēter amplector. Sum totos dies cum eo noctisq; sepe numero partem. exoro enī vt mecum quāsepissime cœnet. Hac introducta consuetudine sepe inscientib⁹ nobis et cœnantib⁹ obrepit sublataq; seneritate philosophię humanissime nobiscum iocatur. Quare da operam vt hunc talem tam iucūdam. tam excellētem virum videas q̄sp̄imum Nam quid ego

27

Tullij

de Bruto dicam: quem nullo tempore a me patior discere, cuius cum frugi seueraq; est vita, tum etiam iucundissima cōiunctio. Non est enim seiunctus locus a philologia et quotidiana, huic ego locum in proximo cōduri, quod ut possim ex meis angustijs illi^o sustento tenuitatem. Preterea declamitare græce apud Cassium institui, latine autem apud Brutum exerceri volo, ut or familiarib^o et quotidianis cōiuctoribus, quos se cum mytilenis Cratippus adduxit omnib^o et doctis et illi probatissim^o. Multum etiam mecum est Epicrates princeps atheniensem, et Leonides et horum ceteri similes. De gorgia autem quod mihi scribis, erat quidem ille in quotidiana declamatiōe utilis, sed omnia postposui, dum modo præceptis patris parerem, enim scripserat, ut eum dimitterem, statim terqueri noli, ne animi me suspiciōe ei aliquam importaret. Deinde illud etiam mihi succurrebat, graue esse me de iudicio patris iudicare, tuū tamē studium et cōsiliū gratū acceptūq; est mihi. Excusationem angustiarum tuī temporis accipio. Scio enī quam soleas esse occupatus. Emisse te prædium vehementer gaudeo, foeliciterq; tibi rem istam cucurire cupio, hoc loco me tibi gratulari noli mirari, eodem enim fere loco tu quoq; emisse te fecisti me certiozem, habes, deponendę tibi sunt vrbāritates, rusticus romanus factus es, quomodo ego mihi nunc ante oculos tuū iucundissimū cōspectu propono. Videor enim videre emētē te rusticas res, cum villico loquētē in lacinia, seruante q; mensa secula semina. Sed quod ad rem pertinet me tum tibi deuisse equare ac, tu doleo. Sed noli dubitare mi Tiro quin te subleuatur^o sum si modo fortuna me presertim, quū sciam cōmunem nobis emptū esse istum fundum. De mādatis, quod tibi curę fuit, est mihi gratū, sed peiora te, ut quam celerrime mihi librarius mittatur, maxime quidem græcus. Multum enī mihi eripitur operę in exscribēdis hypomnematis. Tu velim primis cures, ut valeas, ut vna possimus, Anthrum tibi commendo.

C. M. Cicero Tironi. S. D.

Pero ex tuis litteris tibi melius esse, cupio certe. Cui quidem rei omni ratiōe cura, ut inseruias, et caue suspiceris cōtra volūtatē meam te facere, quod nō sis mecum, mecum es, si te curas. Quare malo te valitudini tuę seruire q̄ meis oculis et aurib^o, et si enī et audio te, et video libeter, tamē hoc multo erit si valebis iucundius. Ego hic cesso, quia ipse nihil scribo. Lego autem libentissime. Tu istic si quid librarij mea manu nō intelligēt monstrabis, vna omnino interpositio difficilior est quam ne ipse quidem facile lege soleo, de qua primo Latone. De tridie

Epistolę

nio cura vt facis. Tercia aderit modo. ne Publius rogatus sit. Demetrius iste nunq̄ omnino Phalereus fuit. sed nūc plane Bilienus est. Ita q̄ te do vicarium. tu eum obseruabis. Etsi verū tamen de illis nosti cetera. sed tamē si quem cum eo sermonem habueris. scribes ad me. vt mihi nascatur epistolę argumētum. 7 vt tuas q̄ longissimas litteras legam. Cura mi Tiro vt valeas. hoc mihi gratius facere nihil potes.

M. C. Tironi. S. D.

Uero confice professionem si potes. Etsi hec pecunia ex eo genere est. vt professione non egeat. verū tamen Balbus ad me scripsit tanta se epiphora oppressum. vt loqui nō possit. Antonius de lege quid egerit. liceat modo rusticari. Ad Bithinicum scripsi de Serulio. tu videris qui senectutem non cōtenuis. Etsi Atticus noster. qui quondā me cōmouere intellexit. idem semper putat. nec videt quib⁹ p̄sidijs septus sum. Hercule quod timidus ipse est. ego tamen Antonij inueterata sine vlla offensione amicitiam retinere sane volo. scribamq̄ ad eum. sed nō anteq̄ te videro. nec tamē te aduoco. cras expecto Leptam. 7 enim ad cui⁹ curam plero mihi tui sermonis vtendum est.

M. C. Tironi. S. D.

Si mane Harpalū miseram. tamē quum haberem. cui recte darem litteras. 7 si noui nihil erat iisdem reb⁹ volui ad te sepius scribere. non quin cōfiderem diligentie tue. sed rei magnitudo me mouebat. Mihi proza 7 puppis. vt grecorū proverbium est. fuit a me tui dimittendi vt ratios nostras explicares. O filio et Aurelio vtiq̄ satisfiat a flamma. si nō potes omnem partem aliquam velim extorqueas. In primisq̄ vt expedita sit pensio calēdis ianuarij de attributione conficies. de representatione videbis. de domesticis ei⁹ hactenus. de publicis omnia mihi certa. Quid Octauus. quid Antonius. que hominum opinio. quid futurum putes. ego vix teneor quin accurram. Sed si litteras tuas expecto. et scito Balbum tuū fuisse Aquini. tum tibi est dictum. 7 post tri die Hyrtiū puto. vtrinq̄ ad aquas semas quod egerint. Dolobelle procuratores fac vt admoneatur. appellabis etiam puppiam

Cicero filius Tironi. S. D.

Si iusta 7 idonea vsus es excusatione intermissione litterarum tuarum. tamē id ne sepius facias rogo. Nam et si de republica rumoribus 7 nuncijs certior fio. 7 de sua in me voluntate semper ad me perscribat pater. tamen de quauis minima rescripta a te ad me epistola semper fuit gratissima Quare quum in primis tuas desiderem litteras. noli cō

Tullij.

mittere vt excusatione potius expleas officium scribendi quam assiduis tate litterarum.

M. C. Tironi. S. D.

Erberani te cogitationis tacito dumtaxat cōuitio quod fascicul⁹ alter ad me sine tuis litteris perlatus est. Non potes effugere hu ius culpe poenam de patrono. **M.** est adhibendus. Itq; diu 7 multis lucubrationibus cōmentata oratione. vide vt probare possit te nō peccasse Plane te rogo. sicut olīm matrē nostram facere memini. quē lagoenas etiam inanes obsignabat. ne dicerētur inanes aliqūe fuisse. quē furtim essent exicate. Sic tu etiam siquid scribas. non habebis. scribito tamē ne furtum cessationis quesuisse videaris. Valde enim mihi semper 7 vera 7 dulcia tuis epistolis nunciatur. Ama nos. et Vale.

Marcus Cicero. Tironi. S. D.

Trificam mihi verberationē cessationis epistola dedisti. nam quē parcius frater perscripserat. verecūdia videlicet 7 properatiōe. ea tu sine assensione vt erāt ad me scripsisti. 7 maxime de cōsulib⁹ resignatis. quos ego penitus noui libidinum 7 langoris effoeminatissimi animi plenos. qui nisi a gubernaculis recesserint maximum ab vniuerso naufragio periculum est Incredibile est quē rogo illos scio oppositis gallozū castris in estiuis fecisse. quos ille latro nisi aliquid firmius fuerit. societate vitiorum delinuat. Res est aut tribunitijs. aut priuatis cōsulijs muniēda. Nam isti duo vix sunt digni. quib⁹ alteri Cesannam. alteri cossutianarum tabernarum fundamēta credas. Te vt dixi fero oculis Ego vos ad iij. calendas videbo. tuosq; oculos etiam si te veniēs in medio foro videro. dissuauiahor. De ama. Vale.

¶ Finiūt Epistolę Tullij

¶ Sequitur liber Basilij

e liij